
COPIA SIVE RATIO ACCENTUUM omnium fere dictionum difficilium, tam linguæ latinæ, quam hebraicæ, nonnullarumque græcarum. Sed præcipue earum, quæ per sacras literas sparguntur fratris Francisci de Robles ordinis minorum, cum quibusdã Orthographiæ regulis.

Nunc denuo accurate castigata.
& aucta.
Per Ioannem Robles.



Berlanguæ.
Apud eundem Ioannem Robles canonicum.
Anno Domini. 1565.
X. Kal. Martij.

Licencia.

DON Pedro Gasca por la gracia de Dios y dela santa yglesia de Roma Obispo y señor de Siguença del consejo de su Magestad. &c. Auiendo visto y examinado el presente tratado intitulado Copia, siue ratio accentuum, y atento que enel no ay cosa reprouada, ni repugnante a nuestra santa fe catholica, damos licencia paraque se pueda imprimir sin pena alguna. Dada enla nuestra ciudad de Siguença a. xxiiij. de mayo. De 1564. años.

Eps. Segunt.

Por mandado de su señoria Illustrissima.

Bernardo Raçoso.

AD EXCELLENTISSIMUM DOMINUM ENECUM FERNANDEZ de Velasco Comestabilem, eundemque Ducem de Frias, Comitem de Haro, atque Marchionem de Berlanga. Ioannis Robles prologus.

CVM vellem alicui Principi hoc hæretarium opus a me iam iterum instauratum, & auctum dicare, vnde sibi aurã auspicaretur: ante omnes euestigio tua occurrit excellentia, vt cui hæreditario etiam iure, si quid sum, debeo. Vereor tamen ne quis iniquus iudex clamitet, Quid cani cum balneo? Quid commertij cum Apolline Marti? Bellonæ cum musis? literis denique cum armis? hæc amant tumultum, illæ otium. Primates magis decere versari inter equos & arma, quam segnes euoluere libros. Quos ego etsi facile cõfutare possem adagio Hispano, scilicet, literæ non hebetant hastam, res aliter habet, legant historias isti. Cæsares nanque, a quibus cæteri imperatores gloriantur se Cæsares appellari, Iulius & Augustus non minus dediti fuerunt literis, quam armis, & ætate nostra Carolus Imperator, eiusque filius Philippus, Rex noster videant quanto honore suos in literis prosecuti sunt præceptores. Alter in sedem Apostolicam Adrianum euexit, alter Ioannem Martinum. Siliceum archiepiscopum Toletanum fecit, recte hic cadet. Neque plus vltra. Te etiam tui parentes a teneris vnguiculis & latine & græce instituti voluerunt, quem spero hac in re, vt in reliquis tuorum fore principum ęmulum, quem quanuis equi armaque delectent: Camenæ non reformidant. Ex æquo & armorũ & librorum scrinia colis, ex equo vtraqꝫ tractas.

Bellona si præest rebus bellicis, vnde forte nomen traxit vt plærisque placet. Iouis tamen e cerebro fabulantur poetæ genitam, quippe quæ & ingenio, & literis studet. hinc Minerua nuncupata, & artium, & omnium disciplinarum dea habetur, licet ab officijs varia sortita sit nomina. Verũ tamen quæ bellona, hæc eadem forsan minerua est. Affinitas ergo non minima est inter literas, & arma, quum vtrisque vna dea faueat. Temere enim mouentur arma, si literis non regantur. Valeant igitur, qui dissidium inter Martem & Apollinem volunt. Verum mihi videor perfricuisse frontem, quum has tuæ excellentiæ nugas offero. Satis dat, qui omnia quæ habet pręstat, maiora præstaturus, maiora si haberet, in sacro euangelio multo plus laudatur a seruatore nostro IESV, anicula offerens minuta, quã diuites magnifica largientes munera tẽplo. Et (vt Plinius inquit) dijs lacte rustici, multæque gentes supplicant. & mola salsa litant, qui non habent tura. Neque vlli fuit vitio. deos colere, quoquo modo posset. Cæterum ne maius sit quã vt deceat, pro corpore caput, receptui canamus. Vale præstantissime princeps, & hilari fronte accipe libellum tibi dicatum.

Ioannes

Ioannes Robles ad lectorem.

CVM certus essem iam tertio hæc opuscula Typographorum industriæ committere, prætertim cum tot mendis scaturirent, imprimentium negligentia. Quæ quidē impręsentia delere conabor, Et quia nulla supersunt venalia. Sunt etiam aliqui (vt audio) sui emolumenti auidiores, quam proximi commodi, qui cudere parent vnde hac in re quibusdam non parum incommodi accessurū timeo. Propterea volui huiusmodi præuenire conatibus. Tum etiam vt si quis forte antequam nos imprimi fecisset, potius lucrum respiciens, quam legentium vtilitatem pro nostris aliena ne admittantur. Institui etiam aliqua de orthographia scribere (præter regulas traditas de hac eadē re, a fratre nostro Frācisco de Robles, sermone hispano) sperans aliquibus conducibilia fore. Sed ne congestum in vnum tomum vltra enchiridion cresceret opus, in duo diuidemus, vt sic facilius manualia fiant. Alter de orthographia tractans, cuius prima, ac proinde potissima debebat esse grammaticorum consyderatio, alter de prosodia vterque plane multis modis vtilis, imo necessarius literarum studiosis. si necessaria dici debent, quæ si nescias, ab eruditis (non iniuria) habeare rudis. Vnum hoc te amice rogo, si parum (vel potius nihil) hæc tibi nostra conduxerit opella boni consulas, & indigentibus illa, minime inuideas, nostrum (obsecro) accipe animum, qui is est (vt sæpe testatus sum) prodesse omnibus, si possem, sin minus, velle non omnia possumus omnes.

Frater Franciſcus Robles ordinis minorum Ioanni Robles canonico Berlanguenſi. germano ſuo chariſsimo. S.P.D.

CVM non poſſem æquo animo ferre germane chariſsime inſcicia multorum, qui ſe in diuinis occupant laudibus, ac dei cultu propter quantitatis ſyllabarum ignorantiá, quæ ſic eos afficit, vt omnino latinæ linguæ habeantur expertes. Haud mediocriter charitati me inſeruiturum exiſtimaui, ſi eis præſenti tractatu conſulerem, in vnum cogẽs ſyllabarium dictiones illas, quæ apud latinos non nihil difficultatis in accentus ratione præ ſe ferunt. Præſertim eccleſiaſticorum quorundam cauſa, ſermonem latinum ignorantium. Tractatum alterum ſubnectens ſuper Bibliam, Breuiarium, Martyrologium, Miſſale, ac baptiſterium. Sed ne proſodiæ ipſius adepta ſcientia. male prolationis turpitudine dehoneſtari poſſet eorũ oratio, regulas quaſdam orthographiæ vernaculo ſermone ſubieci, vt ab iis, qui latini eloquij haberentur ignari intelligi, vlla ſine difficultate poſſent, quibuſque ad recte ſcribendũ impendio iuuarentur. Quod noſtri eſt inſtituti, prout potuimus huius laboris improbitate proximos iuuimus, ex eo tamen vtrum vel ad præſentes, vel etiam poſteros vlla ſit vtilitas dimanatura, tu mi germane multo melius iudicaueris, quem nihil vtriuſque linguæ ſiue grecæ ſiue latinæ latere poteſt, cum eas a prima (quod aiunt) pube publice ſis profeſſus. Tuum igitur erit hoc noſtrum opus æqua librare trutina idque (ſi luce dignum eſſe cenſueris) chalcographis tradere cudendum ſin minus, veluti abortiuum fætum efferre. Vale.

Ioannes

¶ IOANNES ROBLES, FRATRI Francisco Robles, Franciscano, ac suo. S. D.

HAVD credi potest, quantum gestiui, tuis & literis simul & opusculis de accentuum copia & orthographia acceptis, laudo sane mi frater lucubrationes tuas, sed multo maxime animum, statimque rem omnibus communem facerem, nisi vetuisset fraterni amoris affectus, idque metuens ne plus æquo nobis blandiretur opus, e vestigio ad cæsareæ magestatis senatum misi, illiusq; bilance, iustaque trutina examinandum, vt si tale ipsis, quale & nobis esse videretur, cudentium industriæ mandaremus, quo auspicatius, feliciusque in publicum æderetur. Tandem neque spe frustratus sum, vt liquido patet censura æque doctissimorum atque nobilissimorum Polanci Carrasqui atque Busti, quibus hæc cura priuatim ab ipsa Augusta commissa est, eis denique visum est (libellis vndiq; lynceis oculis ad viuum inspectis, & ad vnguem examinatis) e tenebris tam cõducibile opus in medium lucis prodiret, vt constat ex priuilegio cæsareo. Igitur cũ vsque adeo emunctæ autoritatis viris grauissimis opus arriserit, nemo (vt arbitror) & si frontem perfricuerit, audebit ipsum caninis dentibus impetere. Itaque eosdem libellos propediem noua forma comptos vniuersis dabimus, siquidem speramus & eruditis placituros, & imperitis satisfacturos. VALE. Berlangæ idibus Octobris. Anno. 1532.

Epigramma Ioannis Robles

AD LECTOREM.

VEsta prior veniat, veniant, qui mystica narrant.
    Flexipedes hederæ, virgula laurus eant.
Compositus, fragrans, incedat lætus Apollo.
    Horridulas tendat iam Deus ipse comas,
En frater Franciscus adest cognomine Robles.
    Quos docet accentus, nempe Minerua probet.
Cum patruus natos fratris, probitate modestos
    Vidissem squalidos, viscera rupit amor,
Iuuehor in patrem dicens, cur limine adultos.
    Iamque diu clausos non finis ire foras?
Multa prius causans, nos religione vetamur
    Mox ait, atque addit. Hoc opus ambi opem.
Hæc vbi dicta dedit, feci ad prætoria ferri
    Nomen, & auspicium sumeret inde liber.
Quid portet? quæris? breuis est censura tenorum.
    Qua accentum doctus quilibet esse valet.
Continet vsus, & ars: quodcunque hæc pagina legit,
    Hanc gestato sinu, ne videare rudis.

Vesta, idest. religio. Mystica narrant, idest. concionatores. Flexipedes hederę. i. poetæ. Laurus i. triumphatores Virgula. i. caduceatores, Eant. i. veniant. Accentum. pro accentuum. Legit præteriti est.

Epigramma Bartholomæi Bustamātij Complutensis in laudem huius operis,

AD LECTOREM.

ELoquij, nouit Latij Tartesia normam.
 In proprios redijt quando Nebrissa Lares.
Grammaticos tradens canonas, quis cernere posses.
 Quæ sint barbarici barbara dicta viri.
Syllaba quæque tamen, quo sit referenda tenore,
 Plenius hoc nosces, quam dedit ille, libro.
Hunc si animo verses, iam iam sine cortice nabis.
 Nulla docentis erunt tecta adeunda tibi,
Quem si quis toruo tentet suspendere naso,
 Dignus erit certe, qui petat Anticyras.
Quod si authoris aues operis cognoscere nomen.
 Frater Franciscus noueris esse Robles.
Cuius si pergas sanctos depingere mores.
 Doctrinam, Reliquas siue dotes animi.
Hæc (inquam) breuibus cupias si ostendere chartis.
 Haud dubium, cunctis quin habeare leuis.
Non erit hoc hominis, sed quod Cephisidas vnum.
 Scribere si properent, vincere possit opus.

Tartesia.i. Hispania. Cephisidas.i.Athenienses.

COGITANTI mihi complures ex ijs, qui diuinis laudibus recitandis addditi sunt, latinæ linguæ carere peritia, veluti sunt virgines cænobitæ, sacristæ plurimi, nonnulliq; viri ecclesiastici, visum est vtile, non minus quam necessarium esse, vernaculo (vt mox faciam) sermone accentus omnibus viam aperire, qua hoc accentuum opus intelligere, & sic eo gaudere, atque vti possent, ac si omnium grammaticorum regulas didicissent, & ne longũ sit procemium subsequens regula notanda est.

¶ Omnis dictio Latina vnicum accentũ habere debet vel in penultima, vel in antepenultima, & non in vltima, (vbi polisyllaba est) nisi in qua terminatur interrogationis oratio. Quã dictionatim (vt ita dixerim) declaremus per id, quod ibi dicitur omnis dictio intelliges, quód hæc oratio, dixit dominus domino meo. Quatuor habet dictiones, dicitur latina, nam si græca. barbaraue sit, nõ semper verum habet regula, vt inferius annotabimus: dicitur etiã vnicum accentum, scilicet acutum habere debet, quia licet pluriũ sit dictio syllabarũ, vt hierosolymitanus, vna tantum syllaba proferenda est accentu acutó, quo nulla carebit dictio, etiam monosyllaba, vt súm. mé. cór. &c. Dicitur denique nisi in qua terminatur interrogationis oratio, cuia vltima syllaba interrogationis semper quodam modo acuitur, vt quis furor o ciues? quid taces? vndé apúd latini eloquij nõ omnino ignaros triplex error emergit. Primus, quod in dictionibus polysyllabis sine antepe. l. pen. eleuatione omnes syllabæ æque, eodéque tenore proferũt. Secundus, quod eandem dictionem duplici accentu acuto pronuntiant. Tertius quod monosyllabas dictiones lenta & signi quadã voce, non acuta (vti par erat) proferũt: ad quorum intelligentiam aduertendum est, omnem dictionem tot habere syllabas, quot & vocales, nisi intersit diphtongus, vnde id, mos, mons, frons, scrobs. &c. mo-

nosyllabæ

nosyllabæ sunt dictiones, cum earum quælibet vnicā tantum vocalem habeat, eidemq; ratione, amo, lego, transfert, sunt disyllabæ, quòd binas. Alea, imago, dominus. trisyllabæ, cum ternas habeant itidem vocales: ex quo euenit, vt omnis dictio a vocalium numero denominationem sumat, siue monosyllaba, siue dissyllaba, siue polysyllaba sit, a consonantium nūquam. Qualiter autem hæ quinque literæ. a. e. i. o. v sint vocales, reliquæ vero consonantes, vbí de orthographia agitur, ínuenies, in prima videlicet & secunda regula. Quod igitur pueri discentes legere, vocant partem, quando partes iungere dicuntur, grammatici syllabam appellitant, vniusque syllabæ dictionem, monosyllabam dicunt, duarum, dissyllabam, trium vel plurium, polysyllabam. Quæ monosyllaba est, acute proferri debet, vt méns, súm, cór, nón, idque valde seruandum est, præsertim quando in eam finitur oratio, vt dominus dixit ad mé. Ego súm, & dixit, nón: quæ vero dissyllaba fuerit, vt ámo, légo, depressa vltima, priorem exigit eleuari: nam cum quælibet dictio vnico accentu acuto proferenda sit, & accentus ille asignari non debeat super vltimam, si dictio sit dissyllaba, liquido patet primam eleuandam esse: ex quo colligitur omnem asignandi accētus difficultatem, tantum in polysyllabis esse. Sit ergo regula de polysyllabis.

¶ Trium, aut plurium syllabarū dictiones semper vel in penultima, vt amábam, vel in antepenultima, vt dómi nus accentum habere debent, & non in vltima, aut in vlla ex præcentibus antepenultimam, modo sit dictio latina.

IN qualibet autem dictione polysyllaba, tertia syllaba ab vltima vocatur antepenultima. Secūda penultima, quæ verò dictionem terminat, vltima. Verbi gratia, in hac dictione dominus. do. est antepenultima. mi. penultima. nus. vero vltima. In hoc vocabulo hierosolymitanus

mi. est antepenultima. ta. penultima. nus. vltima, ad quarũ dictionum (polisyllabarum inquam) accentum assignandum, tota huius nostri opusculi fuit opus industria. Cum aliter nisi optime quantitatis regulæ pernoscantur, indicari nequeat, vbi polisyllabæ dictiones accentum habituræ sint, in penultima scilicet, an in antepenultima. Ex dictis igitur possumus clarissime colligere omnes syllabas cuiusque dictionis, quæ vel præcedunt, vel sequuntur illam, quæ accentum habet prædominantem debere vniformiter atque vnisone & æqualiter pronuntiari, solam autem illã eleuari, super quam accentus acutus collocatur. Quam signat apex ille, quem aliqua syllaba in quauis dictione super se habet. Vbi vero diphthongus aliqua in dictione est, signatur hac figura ^ simili figuræ illi quam græci tribuunt accentui circunflexo, qua duas vocales in vnam syllabam cogi denotatur, vt Câucasus, de quo vide vndecimam regulam orthographiæ, vbi de diphthongis agitur.

¶ Præterea notandum est, quod superius diximus, nullam dictionem vnico accentu acuto carere, non habere locum in coniunctionibus, aut præpositionibus, quæ cũ suis locis collocantur, eas nullo accentu acuto proferimus, sed eo tenore ac si vnicam dictionem constituant cum eadem dictione cui adiunctæ sunt, vt si dicamus per signum, ad te, apud vós, &c. vbi illæ præpositiones. per. ad. apud. Per ac si vnam dictionem constituat cum signum, ita vt supra primam syllabam eiusdem dictionis signum, scilicet accentum acutum collocemus, nulla habita ratione præpositionis per. In secundo scilicet ad té, super te. In tertio scilicet apud vós, ita vt simili tenore, æquali, & graui omnes illas syllabas proferamus preter vltimã videlicet te vos, vbi pausabitur spiritus, & accentus acutus collocabitur. Similiter in hoc complexo, tametsi videmus, vnicũ tantum accentum acutum agnoscimus super syllaba de.

¶ Dicitur in prædicta exceptione de præpositionibus, quæ in suis locis collocantur, quod intelliges, quando suis apponuntur casibus, vt in supradictis exemplis patuit. Si tamen contra suam naturam præpositiones postponantur, obseruanda erit accentus acuti regula, vt in cæteris. Quod si in compositione præpositiones dentur, vt in dêamo, dénego, ínuoco; super præpositionibus collocandus accentus est, dummodo penultima totius compositi breuis sit, & præpositiones in antepenultima inueniantur, vt intueri licet in exemplis proxime positis.

¶ His prælibatis, reliquum est lectorem admonere, varie sentire autores circa quarundam dictionum accentum, quas in præsenti tractatu posuimus, secutumque me (vt existimo) veriorem opinionem probatissimorum virorũ approbatam. Quintiliani videlicet, Probi, Seruij, Vallæ, Nestoris, atque aliorum denique doctissimorum; quas quidem dictiones eiusmodi figura * subindicauimus, earumque rationem, & prædictorum autorum probationes, in promptuarium reiecimus. Haud mireris igitur candide lector insolita eiusmodi traditione vulgo, literatorum incognita, nec eo ducaris, vt veritati prauam consuetudinem præualere iudices, neue credas hoc inuentum esse aliquod nouum, quod tradimus, quin potius, id hac in re nos tradere, quod ab antiquis autoribus, & eisdem grauissimis obseruatum est, & a neotericis, seu iunioribus laudatam nimis, ob idque receptam illam veterum consuetudinem, Magna tamẽ hominum incuria, vel longo temporis curriculo obliteratam. Quod si quispiam velit nobis super hoc facessere negocium, causeturque aduersus communem ecclesiæ cõsuetudinem me hunc laborem sumpsisse, ex grauissimorum autorum non contemnenda autoritate conuinci poterit, hoc nostrũ opus potius esse aduersus falsam opinionem grammatistarum, ac vulgi prauam (vt liquet) consuetudinem iam pro lege receptam, quam aduersus ec-

clesiasticas

clesiasticas traditiones, vel rectam Latinorum consuetudinem Verum si pergat quis imperitum sequi placitum, in hac parte nihil aliud fecero, quam cum infirmo fit, de cuius salute desperatur: cibos & salubres & noxios ei præponere, vt quos maluerit, vel prudens vel imprudens deligat, præmonendo tamen salubriores, cum igitur in his dictionibus adamántinus, agónia. &c. inuenies signari accentum in antep. intellige vulgi grammatistas, latinæque linguæ imperitos accentum ponere in penult. E contrario vero si accentum inueneris in penultima signatum, vt in sequentibus exemplis idólum. iacóbus. satánas. &c præter dictiones quas simul positas inuenies in dictione alias, quæ secundum Priscianum atque Tortellium, eorũque æmulatores, quos in hac parte vulgus sequitur acuendo finalem. sicut dictiones etiam quæ in on finiuntur, vt Salomon. Et licet tales dictiones suo ordine in promptuario sint positæ. Personas tamen verborum quæ in rimus, vel ritis desinunt in cremento inuenies verborum, quod immediáte post promptuarium ponitur. Nomina vero in ias desinentia, vt Elias. Esáias in dictione Anánias.

Vocatiuos quos abscissos vocant, vt Virgili, Ouidi in dictione Astasi. In dictionibus vero, quæ signo illo * carent, omnes grammatici concordant, nec alia indigent probatione, cum super illarum accẽtu idẽ omnes fere sentiant. Quod si quispiam a communi illorũ opinione desciuerit, insipientiam tantum suam pro autore habebit. Denique quod hactenus scriptum est de latinis dictionibus intelligi non opus est admotione, vel de his quæ latina declinatione variantur.

De dictionibus vero Græcis quibus ecclesia scilicet vtitur in diuinis præcibus, & officio, quantum ad earum attínet accentum, quo videlicet pacto pro-

ferri

ferri debeant, tam de his quæ per omnes casus græca infle xione variantur, quam de illis quæ omnes casus habent cũ declinatione latina inuenies in dictione Acheron.

In dictionibus barbaris quæ non variantur, declinatione latina, vel græca accentum in vltima collocabis. vt in Iacób. Adám sathán, præterquam in dictionibus quæ immediate sequũtur promptuarium, in quibus prout ibi dicitur accentum assignabis secundum hæbraicæ linguæ veritatem. Autore Aelio Antonio Nebrissen. Verum si huiusmodi nomina latine inflectantur, accentus erit in eodem loco, in quo erat ante inflexionem eodem Nebriss. autore. Vide Eleazárus in promptuario.

Sed ne tibi, vel in minimis vlla dubitandi occasio relinquatur (optime lector) aduerte quod litera. g. aut ge. inter duo puncta genitiuum designat, & quod de illo circa accentum dicitur de reliquis etiam casibus eiusdem nominis æquales syllabas habentibus cum genitiuo, intelligendum est, vt genitiuo arietis, sic arieti, arietem, ariete, arietes, arietum, cum sint æquisyllabici cum suo genitiuo: habebunt igitur accentum in antep. quemadmodum genitiuus arietis: & si genitiuus accentum habuerit in penultima vt. g. nepótis, sic & casus eiusdem ęquisyllabi nepoti, nepotem. nepote. nepotum.

Item quando nominatiuus acuit penultim. genitiuus vero cum suis complicibus antepenultimam. sequentes abbreuiationes offendes, sed cor. g. id est corripit genitiuum. E contrario quando nominatiuus habet accentum in antepenultima, & genitiuus in penultima, inuenies has, sed pro. ge. id est, sed producitur genitiuus Nonnunquã omisso nominatiuo quia nullam habet in accentu difficultatem. Ponitur. g. Abraæ. g. cúspidis. g. arietis, hoc est, genitiuus. &c. Quod in nominibus, vel verbis dicitur, hoc idem de omnibus vocibus æquisyllabis intelligetur.

¶ Similiter quia perquam longum erat omnia verborum tempora ponere, quæ in accentu difficultatem præ se ferant, verborum cremẽtum promptuario adiecimus pro appendice. Cumque ad crementi verborum notitiam, præ nosci debeant singulatim ipsorum verborum coniugationes, eæ sic distinguentur. as. es. is, is. q. adiuncta. Quæ quidem terminationes ostendunt secundam præsentis indicatiui personam. As notat verbum præcedens esse primæ coniugationis, vt ádamo. as. Es secundæ, vt admoneo. es. Is tertiæ, vt rédimo. is. Is q. quartæ, vt esurio: is. Aduertendum tamen est, quoties in promptuario legitur in verbis acuit penul. vel antepenultimã semper intelligi in prædicta persona cum æquisyllabicis, dempto aliquando præterito indicatiui, hoc est quando præteriti penult. non manet in eadẽ quantitate secundæ personæ presentis, vt pérlegis antepenultimã acuit: at vero perlégi præteriti penulti. Nam si præsentis temporis esset infinitiui antep. acueret, hoc enim dicitur notanter propter omnia verba tam secundæ, quam quartæ coniugationis: & propter verba tertiæ desinentia in io. quæ omnia semper acuunt antepenultim. cum semper eiusdem personæ penultima necessario breuis sit, licet in prædicta persona aliter fiat. & sic optime quælibet cuiusuis verbi coniugatio cognoscitur. Nam. æ. i. is us. ei. vbi ponuntur ostendunt nominis declinationem, vt abbathia, æ. abacus. i. Expræssimus hæc, quamlibet minutissima, ne latinæ linguæ ignari in aliquo ex his quę in hoc opere posita sunt, cespitare possint.

¶ Literæ autem quæ in margine promptuarij scriptæ sunt, ad hoc deseruiunt: vt facilius dictio inueniatur, quam quærimus. Quæ vero in biblijs &c. proderunt ad noscendum quando i. vel u. consonantium vel vocaliũ officio funguntur, & ad concinnandas & coniungendas vel semouendas optime dictionum syllabas, vt æquum habet quum e regione, notandum totum illud quum vnam efficere

efficere syllabam. Etenim habet, et. vt diuidatur ab enim, proferendo et enim, non etenim. hoc idem intellige de aliis in margine positis, ob id, leges duodecimam orthographiæ regulam. Quãdo inueneris & similia: intellige idẽ iudicandum de similibus, quod de ipso principali, & primo posito, quamuis vltima varietur, modo eadem penultimæ maneat quantitas. Item quod dicitur de docueram, intellige & de habueram. Dum bibliam legeris, vel librũ ex ea allegaueris: pones librum in genitiuo, Vt Genesis, Exodi. &c, quando incipis capitulum, primum capitulũ &c. Postquam inceperis, primo capitulo. &c. Denique ali quando inuenies, at, vero, siquidem, & tũc quælibet pars habet suum accentum vt paulo minus. Verum quádo vnã efficiunt dictionem, tunc vnico accentu sunt proferendæ. vt paulominus, si quidẽ quando vero sunt duæ dictiones aut vna, facilè dignoscitur, nisi excussorũ ignauia male impressus liber venerit in manus. Nosse quando impressione sit error, necne! hoc latinæ linguæ peritis solummodo concessum est, quamuis ob id nulli omittendũ est, terque quaterque prouidere publice legẽda, audiente huius rei aliquo experto, aut in cubili suo, aut in alio secreto loco, vbi secretè legeris: palam aliorum auribus sic perlecta integrũ erit, accommodare.

Accipe igitur candide lector eo, quo tibi exhibetur animo hoc opusculum, merito copiam accẽtuum dictum, quo scire posis citra vllum laborem, vbi accentum habeant omnia fere vocabula, quæ, ea est, vt sperem, eruditis placituram, ignaris profuturam, omnibus denique satisfacturam. Vale.

que no saben latin.

Onsiderando que no pequeña parte de los que se ocupan en rezar el officio diuino, carecen en algo, o en todo de la lengua latina, como son algunas monjas, y sacristanes, y algunos ecclesiasticos, parecio me ser necessario dezir les en Castellano como podran entender esta obra de accentos, para que assi se aprouechē della, como si por muchos tiēpos en las reglas grammaticales se vuiessen exercitado. Es de saber que toda dicion latina ha de tener en vna sola sylaba accento que llaman agudo, y es porque aquella sylaba leuantan mas que las otras: y esta ha de ser penultima, o antepenultima, y no antes ni despues. Vamos particularmente declarando esta regla: diciō,
Dicion. o palabra es lo mesmo: vnde Dixit dominus dño meo, tiene quatro diciones, o palabras. Dize latina, porque si es griega, o barbara no es siempre assi, como abaxo se dira. Dize en vna sylaba agudo, porque las remanentes por muchas sylabas que tenga qualquier dicion, ternan accē to graue, como Hierosolymitanus, sola la penultima tiene aguda: ni por pocas que tenga, vna sylaba caresceera del tal accento, como súm, mé, ámo, músa. De lo dicho se cō uencen algunos errores: el vno es, de los que pronuncian todas las sylabas vniformemente: no leuantando, o alçando mas la penultima, o antepenultima, que las otras sylabas. El segundo es, de los que hazen dos accentos agudos en vna dicion. El tercero es de los que las diciones de vna sylaba pronuncian floxas sin vigor, y para que esto
Quātas vocales tātas silabas. mejor se entienda, notaras que cada dicion tiene tantas sylabas, quantas vocales tuuiere, no interueniendo diphtongos: donde id, mens, frons, scrobs, son diciones de vna sylaba, porque cada vna tiene vna sola vocal: y por la mesma razon, amo, lego, trado, transfert, de dos sylabas

bas: Alea, imago dominus, de tres. Y toda la sylaba tenga muchas consonantes, o pocas, se nombra de la vocal. Y como la a. e. i. o. u. son vocales, y todas las otras letras del a. b. c. son consonantes, hallarlo has en fin desta obra en la segunda y tercera regla de la ortographia. Pues segun esto lo que llaman partes los que aprenden a leer, y quando dizen que juntan las partes, llaman los latinos sylabas, y la dicion de vna sylaba llaman monosylaba, y a la de dos dissylaba, y a la de tres, o quatro, o cinco. &c. polisylaba. Pues si la dicion fuere monosylaba, pronunciar se ha aguda, como mé, sún, nón. Lo qual se deue mucho de mirar mayormente quando la razon, o pausa se acaba en ellas, como dominus dixit ad mé. Ego sum, & dixit. non. Item si la dicion es dissylaba como ámo, lego. la primera sylaba leuantaremos en alto, y la postrera abaxaremos ¶. Por que si cada dicion ha de tener accento agudo, esto es vna sylaba subida en alto en la pronunciacion, y no la postrera siendo de dos sylabas, forçado es que sea la primera. Pues segun esto, toda la dificultad esta en las diciones polysylabas. Pues si la dicion fuere polysylaba, terna el accento en penultima: como amábam, amaverámus, o en la antepenultima como dóminus Antónius, y no en la vltima, ni en las que estan antes de la antepenultima. La primera sylaba de las tres postreras se llama antepenultima y la que esta entre la antepenultima y la vltima se llama penultima, y la postrera se llama vltima: assi en dominus, do es anpe. mi. penult. nus. vltima. En Hierosolymitanus. mi. es antepenult. ta. penult. nus vltima. y para las tales diciones polisylabas principalmente, fue menester toda esta obra, porque sin saber la quantidad de las sylabas. no se puede de otra manera mostrar. Y quando las tales diciones polisylabas tengan el accento agudo en la penult. o en la antepe. Pues de lo dicho se puede colegir, que todas las sylabas que estan antes o despues de la sylaba adonde esta

Que cosa es sylaba.

Monosylaba.

Dissillaba.

Polisilaba.

Anpe

Penult

Vltim

el accento agudo, se han de pronũciar vniformiter vnisonas, ygualmente. y sola la que tuuiere el accẽto agudo, se ha de alçar o subir vn poco mas que las otras, segun que en sus proprios lugares se dira. Y esto mesmo señala el rasguito que tiene cierta sylaba de cada diciõ sobre si, y quã do alguna sylaba tiene diphtongo esta vn rasguito semejã te que comprehende dos vocales en vna sylaba como câusa. Veras la onzena regla de Orthographia adonde se trata de los diphtongos.

Tres accentos. ❧ Dezir como de tres accentos que ay cõuiene a saber circunflexo, agudo, y graue: como el circũflexo se perdio, y quel graue rige todas las sylabas, saluo la que esta ocupada del accento agudo, y que el agudo es del que aqui hablamos, mas seria ofuscar los ingenios de los que poco saben, que alumbrarlos, pues les basta saber que cosa es accẽto agudo, y como se ha de hazer, y en que sylabas como ya se ha dicho. ❧ Allende desto notaras que lo que se dixo arriba, que ninguna dicion carescia de accento agudo, no se entiende de las coniunciones ni de las prepositiones puestas en sus lugares, a las quales no damos accento agudo, mas assi las pronunciamos, como si fuessen vna cosa cõ la parte a quien se ayuntan, como diziendo: per signum, ad te. & apud vos, Per, ad, apud, se han de pronunciar el per como si fuera vna parte con el signum, y daras el accẽ to agudo al si, de signum, sin hazer cuenta del per, y en ad te sobrel té: y en apud vos sobrel vos solamente, y assi en apud vos no pararas hasta el vos. Deus a quó, sobre el quo Tametsi vidémus sobre el dé. ❧ Dixe que ni las prepositiones puestas en sus lugares, esto es quando son antepuestas a sus casos como en los exemplos ya dichos: mas si contra su natura fueren pospuestas, guardaran sus accentos como enlas otras diciones, como te própter, me pénes, trá stra pér. en estos lugares propter, penes, per, tendran el accento agudo conforme a lo que se dixo de las diciones de

Las coniunciones y prepositiones carecẽ de accento agudo.

dos ſylabas, y de vna. Mas ſi las prepoſiciones eſtuuieren en compoſicion como en réamo, déamo, dénego. &c. Sobrellas haremos el accento agudo quando fuere la penultima dela parte con quien ſe componen breue, y ellas eſtan en antepenul. como en los exemplos ya dichos. Eſto ſabido reſta me de te auiſar como ay muchas diciones acerca del accento, delas quales ay diuerſos pareſceres y opiniones de Grámaticos: y yo aquella opinion ſegui, q̃ me pareſce mas verdadera y de mas ſolennes autores, como ſon Quintiliano, Probo, Seruio, Valla, Neſtor, Placentino, nueſtro Lebrixa, Deſpauterio, Badio, y otros muy doctos, en las quales diciones puſe eſta ſeñal ✳. Y guardé para el promptuario la razon y prueua de los antedichos autores. Pues no te marauilles ni turbes con la nouedad de los tales accentos no acoſtumbrados de los vulgares ni creas contra la verdad tener fuerça la coſtumbre, ni pienſes ſer agora de nueuo inuentados eſtos accentos: mas antes ſon los que los antiguos doctos tuuieron, los quales por diſcurſo de tiempo fueron corrompidos, ni apellides ſer contra la coſtumbre de la ygleſia, porque no es ſino cõtra la falſa opinion introduzida de algunos no ſabios grammaticos tenida ya por ley de muchos. Mas ſi toda via quieres ſeguir ſu pareſcer no puedo hazer ſino como con enfermo deſafiuzado, dexar te he comer de todo, y dezir te he lo vno, y lo otro. Pues quãdo eſtas diciones hallares: q̃ dize el accento en la antepe. como ✳ adamantinus ✳ agonia. &c. Entiende tu que la vulgar opinion haze el accento en las tales diciones en la penultima. Y por el contrario ſi hallares que dize el accento en la penultima como Idólũ, Iacóbus. Satánas. Erémus, entenderas que la opinion vulgar haze el accento en aquellas diciones en la antepenultima. Saluo en las diciones que hallaras copiladas en la dicion Alias. en el promptuario ſegun Priſciano y Tortelio, a los quales ſigue el vulgo poniendo el accento en la

vltima. y los acabados en on como Salomon, y dado q̃ las tales diciones van por su orden en el promptuario. Mas las personas de los verbos acabados en rimus, y en ritis, hallaras las enel cremento del verbo, y los nombres acabados en ias, como Hieremias, Esaias, hallar los has en la dicion Ananias, y los vocatiuos absciſos como Virgili Ouidi, enla dicion Allili. Mas enlas diciones que no tienen ante ſi eſta ſeñal *, todos los grammaticos conciertan y no es meneſter para ellas otra prueua, mas delo que todos afirman, aſsi como aqui ſe dize, y el que de otra manera dixere ſola ſu inſipiencia tendra por autor. Lo dicho haſta aqui ſe entiende delas diciones latinas, o que ſe declinã por la declinacion latina.

¶ Delas diciones griegas quãto toca alos accentos eccleſiaſticos aqui enesta obra ſe hallaran como ſe han de pronunciar: aſsi delas que ſe declinan del todo griegas, como delas que tienen caſos comunes con los latinos, vee la dicion Acheron.

Enlas diciones barbaras que no ſe declinan por la declinacion latina, ſiempre haras el accento enla vltima como Iacób, Satán, Iſaác. Saluo enlas que hallaras immediate deſpues del promptuario: que haras el accento a do alli ſe te dize, ſegun la verdad dela lengua hebraica, ſegun Lebrixa lo affirma. Mas ſi los tales nombres ſe declinan por la declinacion latina, como Iacóbus, Satánas, tendran el accento en la meſma ſylaba que eſtaua en ſu propria lengua vee lo enla dicion Elazarus.

Y porque no ayas ocaſion de tropeçar aun enlas coſas pequeñas, notaras que vna. g. entre dos puntos quiere dezir genitiuo: y lo que ſe dize del, ſe entiende de todos los otros caſos de aquel meſmo nombre que tienen yguales ſylabas conel tal genitiuo, como arietis, arieti, arietem, ariete, arietes, arietum: porque todos ſon de yguales ſylabas conel genitiuo arietis tendran el accento enla antepenultima

ma: porque assi la tiene el genitiuo, y por el contrario si tu uiere el genitiuo el accento enla penultima, como genitiuo népótis, que diras lo mismo en nepóti, nepótem, nepote, nepotes, nepotum.

I tem quando el nominatiuo tiene el accento enla penultima, y el genitiuo y sus compañeros enla antepenultima hallaras: sed, cor, g. esto es, sed corripit genitiuum. Y por el contrario, quando el nominatiuo tiene el accéto enla antepenultima, y el genitiuo enla penultima, hallaras; sed producit. g esto es producit genitiuum. Otras vezes por no auer difficultad enel nominatiuo se pone el genitiuo solaméte como Abraha. g. cuspidis. g. arietis genitiuo. Assi mesmo porque fuera nunca acabar poner todos los tiempos delos verbos que tienen dificultad enel accento pusose el cremento del verbo en fin del promptuario: y porque para esto es menester conocer la coniugacion del verbo.

Es de considerar que alos verbos dela quarta coniugacion se pone. q. entre dos pútos, la qual da a entender que el tal verbo es dela dicha coniugacion. Y los dela tercera se conocen teniendo la segunda persona del indicatiuo en is. solamente, en especial no acabando la primera persona en. io. como Redimo. is. Los dela primera por la. as. que tienen, como, emano. as. Los dela segunda por la. es. como, aboleo. es. estan muy conoscidos.

La, æ. i. is. us. ci. siempre dan a entender la declinació como Abbathia. æ. Abacus. i. &c. esto es abbathiæ, abaci.

Expresso se esto aqui, porque los que no saben latin no duden enestas menudencias, los quales assi mismo noten, que lo que se dize delos verbos acabados en dos vocales como aduenio. is. in antepenultima. abhorreo. es. in penultima se entiende dela segunda persona, y de las personas yguales en sylaba a ella, saluo en preterito, que algunas vezes no tiene el accento que la segu ida persona, por

que la primera persona por las dos vocales esta claro que tiene el accento en la antepenultima siempre.

¶ Las letras que estan en la margẽ del promptuario siruen solamente para hallar mas ligeramente la dicion que buscaremos, y las que estan en la margen dela biblia, o breuiario. &c. siruen para saber quando la. i. y la. v. son consonantes, o vocales, y para saber sylabar ciertas sylabas, como æquum, tiene quum en la margen para mostrar ques vna sylaba sola. Etenim tiene. et. en la margẽ porque la pronuncies por si, y cortes, et, enim, y no etenim. y asi de otras sylabas que está puestas en la margen: y para esto leeras la duodecima regla de la ortographia.

¶ Quando hallares & similia, esto es y asi los semejantes, lo qual se dize quando se offrescẽ en aquella lecion muchas personas de vn mesmo tiempo como custodierit, docueris, præterierint, todas estas son semejantes quanto al accento. Y asi audieram, occubueras, præbuerant. Porque todas son de vn mesmo tiempo, y tienen vna mesma quantidad en la pen. aunque se acaben en diuersas terminaciones, lo qual acaesce a los casos que son yguales al genitiuo, como arriba se dixo, y quando debaxo de in pen. esto es, de en penultima, o de in antep. esto es de in antepenultima, hallares muchas diciones por todas se entiende in penultima, o in antepenultima. Como éligam, duódecim, véluti látitant, audíerit, & similia. circúndabis ✱ tipsanas, ✱ mulieres, rómasa in antepenul. concláue, afflígot, calígo in pen.

¶ Quando leyeres en la biblia, o la acotares pornas el nõbre del libro en genitiuo, como Genesis. Exodi. Leuitici. &c. segun en sus proprios lugares en esta obra los hallares: y quando comiençes el capitulo, diras primum capitulum. Secundum capitulum. &c. mas si estuuiere començado, y lo acotares: diras, primo capitulo. secundo capitulo. &c. Algunas vezes hallaras. at vero. si quidem. dos partes. y asi, si quo modo. si quo minus. paulo minus. multo ma

gis.pró dólor. Y entonces cada parte terna ſu accento por ſi: mas quando ſiquidẽ, paulominus, y aſsi de las otras, ſon vna parte, ternan vn ſolo accento, y podras lo conoſcer (ſaluo ſino eſtuuiere eſcripto vicioſamente) ſi eſtan las tales dos diciones juntas, o apartadas. ſi eſta mal eſcripto, ſolo los que ſon Grammaticos lo pueden diſcerner, aunque no por eſto deues de dexar de proueer tres vezes lo que huuieres de leer publicamente delãte de alguno, que deſta materia ſepa: y deſpues q̃ aſsi lo huuieres proueydo podras leerlo en publico.

Si tu breuiario, o miſſal no fuere conforme al Romano que yo aqui ſigo, buſca enel promptuario las diciones de que tienes duda.

Toma con la voluntad que ſe te da, o lector eſta obra llamada juſtamente copia de accẽtos, para que ſin trabajo puedas ſaber adonde tienen el accento caſi todos los vocablos: pienſo que ſera tal, que qualquiera por curioſo que ſea, en breue della ſe aprouechara.

Ioannis Robles præfatio cur iterum ac tertio opuſcula fratris Franciſci Robles imprimi fecerit, ad lectorem.

MVLTA cohortantur imo cogunt me (cãdidiſſime lector) vt rurſus chalcographorum induſtriæ hæc germani chariſsimi opuſcula mãdarem, ſcribentis animus, ſparſus libellus vndique mẽdis: qui (quoties volo) mihi ſucclamare videtur: ſiquidem a ſuo autore corrigi non valet, vtpote qui à nobis diſceſſerit, ipſe expurgem, obteſtans aliquid addam, quo hilarior prodeat. Quod vix ille cum apud nos maneret, extorquere precibus potuit, ſolò nutu hic impetrauit libellus. Tum Ambroſij Calepini viri

de ſer-

de ſermone Latino ſat bene meriti, vndecunque doctiſsimi lexicon: neſcio cuius vitio adeo ſpurcatum, vt alius opera potius quam noſtra egeret: præſertim hac in re de qua hic agendum eſt. Cuius tanta merito eſt autoritas apud linguæ latinæ candidatos. vt etiam ipſos huius rei præceptores in varios impegerit errores, re minime excogitata, vt decuit: vbi paſsim pro penultima correpta, penultima producta legitur. rurſus pro penultima producta correptam inuenies contra ſententiam tanti autoris, quod quidem facillime in aliquibus locis luceclarius oſtendemus. Nam ſi in omnibus demorandum paulůlum nobis eſſet: grande opus pro enchiridio ſurgeret.

¶ In dictionibus Hebraicis ſolum Ælium Antonium Nebriſſenſem trilinguis literaturæ doctiſsimum ſecuti ſumus, & apices bibliæ Lugduni excuſſæ anno. 1545. ſub inſigni Salamandræ.

¶ In græcis & latinis Fabium Quintilianum ſcribentiũ diligentiſsimum, atque eundem Antonium hiſpaniarum decus clariſsimum, & eiuſdem Quintiliani & phraſis, & doctrinæ (ſine inuidia) maxime æmulum, & alios complures: ſed præcipue Ioannem Deſpauterium Niniuitam (nolo quenquam ſua laude defraudari) qui admodum ſtudioſe hoc quantitatis negocium, ac proinde accentus proſequutus eſt: in nullius tamẽ verba iuraui. Veriorem ſemper pro meo iudicio licet minimo, ſequar opiniõnem. taceo quanto ſtudio, tum ab amicis, tum ab alienis eſtlagitatus hanc ſumpſi opellam. vtinam alicui proſit: noſtra (ſi aliqua fuit) in hac cauſa ſolertia, ſin minus noſtram accipe mentem: quæ ea ſemper fuit pro virili cuilibet prodeſse: ſi poſſem.

Exhor-

RES multo aliter euenire, atque suspicamur, sæpe videmus, quod plane his opusculis per spicuum est. Existimabamus emolumento, vsuique fore rei literariæ imperitis, ac rudibus: inuentum est illis duntaxat nauseam commouisse, bilimque irritasse suo memotreto, vel id genus authoribus, contentis: peritioribus vero, & eruditioribus placiturum, quis crederet? libellum de rebus vsque adeo minimis pertractātē, puta de apicibus, vel ad summum de literis, vel syllabis: putabat se edituis, & virginibus vestalibus, & quibusdam magis religiosis, quam grammaticis hæc ædidisse, operamque nauasse, ab spe sua quam frustratus est, cum illorum obesis, batauisque auribus nihil æque cōcinne, atque dulciter, quam opica immodulataq; verba, sonet: quibus sane conniuere vitium, & adhuc turpe cum sit. Valeant cum suo memotreto, vtinam illorum omnia memotretum saperent. Siquidem illius lucubratiunculis ad sacra literarum initiati, musarumque cultores ab indoctis despectis, vtuntur. Hi sunt qui accipiunt, & in ipsis suspiciunt authoris sedulitatem: & quasi præciosa Xeniola amicis laudant, atque donant: & cum iam desint instant obnixe, iterum atque iterum cudantur, quid facerent (obsecro) Si nullibi castigatione opus esset: maculas (quæ sese oculis nostris obtulerunt) deleuimus: & multa ad illius opinionem redegimus, quæ nimis deprauata erāt. vnum tantum afferam exemplum: in ortographia ipsius sic legitur finalmente (composuit illam vernaculo sermone, hoc est, hispano) que ay algunos que en diez renglones hazen mas mutanças, que vn cantante enel canto. Y cuē hæbreo quando esta de gana: hæc ibi. quæ cū ego legissem, credebam aliquam fabulam latere in hebraeo. Tandem ille rogatus à me, quid sibi velit illud de hæbreo? risit supra modum, & respondit, se non hæbreo, sed hebrero scripsisse intelligens de mēse februario. Et huiusmodi sunt alia, quæ

nemo

nemo vix, aut difficulter diuinare posset, nisi ipse mentẽ suam explicuisset. Quando principibus placuisse viris non vltima laus est. Accingamur ergo rei vsque adeò fru ctiferæ, aliqua tamen de accentu prælibantes. Et aliqua etiam præmonentes antequam ad additiones descẽdamus.

DE ACCENTV.

Accentus est tonus, siue tenor quo syllaba eleuatur, vel quo deprimitur, vel quo partim eleuatur, partim deprimitur. Primus acutus, Secundus grauis, Tertius circunflexus dicitur. Quem in præsentia sub acuto confun dimus. Circunflexus semper est in syllaba longa natura, vnde omnis dictio monosyllaba natura longa, circunflectẽ da erat. in alijs vero dictionibus in penultima longa natu ra sequẽti vltima breui, alias vero semper acutus est. Cum accentum dicimus absolute, acutũ intelligimus, cuius qui dem ratio apud latinos (Quintiliano authore) & si breuis sima sit, non parum tamen difficultatis affert hac tempe state, præsertim in literis sacris, vbi plurima nomina pere grina immiscentur, quorũ accentus ex suo idiomate quæ rendus est, si declinatione latina non inflectantur. Si vero declinandi formam latinam induerint, latino accentu mo derabimur. Sunt etiam complures dictiones græcanicæ græca inflexione vsurpatæ, quæ quidem græco accentu sunt proferendæ. Præterea in quibusdam voculis liquido latinis inter grauissimos autores grauissimè discrepatur. vt in vna, porro, fere, ferme, pene, sane, plane, aduerbijs & id genus alijs, Sunt qui discriminis gratia acuant finalẽ hac eadem ratione in alias, profecto, &c. aduerbia dum sunt. Sunt qui idem asserant in donec, adhuc, reduc, & in multis desinentibus in. c. vt isthac, illac, edduc, reduc, præ dic.

In vocatiuis secundæ declinationis in. i. desinentibus

nomina

nominum propriorum, vt Gregori, Ambrosi, Virgili, Ouidi, quis est, qui penultimam non acuat? quanuis breuis sit, quam recte, ipsi viderint. Multa mitto, dequibus sat dictum est, tam ab Antonio Nebris. quam in hoc promptuario. Adde in polysyllabis, quarum penultima longa an breuis sit, multoties non conuenit inter illos, vt in torcular, theatrum, lauacrum, simulachrum, candelabrum, volutabrum, delubrum, aratrum, & id genus innumeris.

Insuper vbi ignorantia prorsus peccatur, omninoque penultimæ quantitas nescitur. imo quid sit penultima ignoratur: præcipue si neq; prima grammaticæ didicerũt rudimenta. Omnibus his igitur subueniendum fuit, cum non semper ad manum viui, & vocales præceptores habeãtur, quos consulere valeant de hac re, tunc enim istorum error tolerandus, si consulti essent (inquam) in grammatica eruditi. Honestus nanque error est (ait Quintilianus) magnos duces sequentibus, id cautum est his breuissimis opusculis, in altero raptim discurritur per totam bibliã & breuiarium romanũ. &c. In altero proceditur ordine alphabeti: quod quidem non solum ad sacram paginam facit, verum etiam ad recte legendos omnes libros, cuiusq; professionis sint: & ad splendorem sermonis latij: in vtroque omnes fere partes continentur, de quibus minima quãuis dubietas suboriri poterat in cuiuscunq; dictionis accentu, apicibus tollitur, admonendo in qua syllaba accentus collocetur. Vt si forte in altero fuerit in cudendo lapsus, vel in scribendo, in altero sit correctio, vbi vtrunque vtrique non consonuerit. Præposuimus tamen promptuarium copiæ accentuũ, quippe quod magis vniuersale, ac proinde magis necessarium. Simplicissime res agitur, quia præsertim ignaris artis grammatices hic prospicitur, adeo vt nullus fuerit (si aliqua via facili hoc negocium doceri potest, nulla faciliori) qui ad sacra præcipue legendum non satis ac satis adiuuetur, modo obtusas nõgerat aures. Hoc fuit

intentũ

intentum autoris. Attamen si quis penitius hanc rem scrutari velit, alibi quærat, hic in multis, oportet discentem credere. Quibus dictio additio, vel adduntur præponitur, priori impressioni additas esse dictiones quæ sequuntur, intelligas, Quæ quidem impressio facta est Copluti in ædibus Michaëlis de Guia. Anno à mūdi salute. 1 5 3 3. In quibus vero. P. Barbaras ac peregrinas: interponemus enim in qualibet litera ordine alphabetico aliquas dictiones hebræas, quæ per sacrum eloquium sparsæ sunt, quarum penul. vel antepenul. in suo idiomate acuitur; & propria nomina virorum, quæ quidem ab hebræis per grecum ad sermonem latinum venere. Addemus etiam alia vocabula, licet aliquorum accentus per quā facilis sit cognitu, grammaticæ etiam parum doctis: ignaris namque nihil non difficile est.

Animaduertendum etiam est in verbis, in quorum secunda persona tantum ponitur is. esse tertiæ coniugationis, in quibus vero præter. is. additur. q. esse quartæ.

✱ Arátrum. i. penult. quia ab aratum fit testes sunt mihi.
Arb. Sulp. Nebriss. & Despaut. árbutus, & árbutum in ante-
Arc. penultima. Arcánus. a. um. arcére, archeláus. in penultima.
archémenes, archétypus. ✱ Archigenes in antepenult. ar
chitas. archipirata. archisanagógus, architetus, architicli-
nus, archíuum. arctúrus. i. in p. Arcticus. a. m. artóphilax,
Ard. arcitenens. árdea. ardeola. arduitas ✱ Arefacio in antepe-
Are. nult. Arefacis. t. in pe. licet sit contra naturalem & genera
lem regulam, quia sic doctorum vsus habet. teste Prisciano
lib. viij. sunt nonnulla composita vbi secunda pars propriũ
Cópo- accentum seruat: vt sunt composita a facio. is. vbi. a. non
sita a fa mutatur in i. vt calefacis, tepefacis, & similiter in compo
cio vbi sitis a fio. is. vt tepéfis, fit. adduntur ab alijs vsucápis, be-
manet nepláces. &c. fideiúbes, viginti dúo, vice comes, & plura,
integra áretes, vel áreta: quia græce per e, psilon. argénteus, a. m.
a. arguere. arídus. a. m. aríetis. g. arieto. as. ariminum. arío-
Ari. lus. i. ariolo, as. Aristóxenes. aristómenes. aristóteles a te-
A telos los composita cor. te. Iuuenalis, si quis Aristotelem vel pita
compo con emit, armariolum, armeníaca, ármiger. a. m. ármifer
sita. a. m. in antepenul. Arietinus. a. m. armillatus. a. m. armil
Aro. la in penul. armípotens, armísonus. a. m. ✱ Armónia. vi-
Apoleo de harmónia in antepe. aróma. sed cor. g. areopágus. areo-
cóposi- pagita.
ta pro- Aromatopóla. æ. in penult. quia græce per ω, mega,
pe sic & sicut & alia a poleo deducta, vt bibliopóla, pharmacopó-
apolio. la. æ. &c. aromatopolíum in pen. quia apolio, cuius penul.
per ei diphtongon græce, quæ in. i. longum transit. vnde
etiam œnopolium. &c. & est locus vbi aliquid venditur.
vide Nebriss. Arraba in antep. arpínum. aréctus. a. m.
Arr. in penul. árrius. arrípio. is. árrigo. is. árrogo. as, in antepe.
Art. arródo. is. artemon, onis. ant. quia e. psilon habet. & in ge.
o, micron. vide lexicon græcolatinum. Articulatim in pe.
arsaces. is. áitaba, ártemis, artemonis. g. articulus, artifex.
is. in antepenult. Artitus. a. m. artópta. æ. in penul arto
laga-

ſaganum, aruiragus, árula, arundineus. a. m. arúſpicis. ge. arúſpica: æ. in antepe. aruina. æ. in penultima. Aru.

A ante S

AS arótum in penult. aſciola, áſcopa, aſcalo. in antepen. licet aliter ſentire videatur Calepin. teſte S ulpitio vide ácheron, aſcópera, aſclipiades in antepenultim. Aſcélla. æ. aſcribo. is. aſellus, i. aſilus. vel aſilum. aſy lũ, & aſyla. aſylorum. aſópus in penultima. Aſinus, vel áſina. & áſine oppidum. aſſintheton. aſpáragus. i. in antepe. Aſpello, is, aſpiro. as. in penul. Aſpicio. is. áſpidis. g. aſſecla. æ. in ante. Aſſatúra. æ. in pen. áſſeris. g. aſſero. is, aſſitus aſsita. um. áſſequor. áſſequi. in antepenultima, aſſeuéro. as. aſſido. is. aſſigno. as. in pen. aſſideo. es. aſſiduitas. aſſilio. is. q. aſſimulo. as. áſtiti. in ante. áſsicco. as. aſſiſtricis. g. aſſuérus. * aſſon. in penul. ſic græce aſſólitus. a. m. aſſóleo. es. in antepenultima. Aſſuétus. a. m. aſſulatim. aſſumo. is. aſteriſcus, non aſtęricus. in penultima. * Aſtaſi. in vocatiuo accentu in antep. locato. ſic P rótha ſi. ambroſi. V irgili. Ouidi. M ercuri & ſimilia. N eque obſtat abſciſio. teſte noſtro Nebri. idem ſenſit Aulus. Gelius, licet aliter alij, nec ſpernẽdi. Aſtiages. A ſtianax aſtipulor. aris. áſtrifer. a. m. aſtrificus. a. m. aſtriloquus. a. m. * A ſtrológia. require acyrológia. aſtrólogus. * aſtrónómia in antepe. quia cõpoſita a nomos quod eſt lex per. i. iota. a græcis ſcribuntur. hinc chironómia. antímonia. &c. vide Neb.

Aſa. Aſc. Aſy. Aſp. Aſſ. Aſt. Vocatiui abſciſi regulam generalé ſeruabunt. Cópoſita a nomos corripiũt penultim.

A ante T

AT abalus. átalus. átauus * athánatos contra mamotretum. quia thanatos cor. penul. & ſic græce. A thilia. Ata. Ath. átha-

áthacus. Athanásia in ante. Athanáricus.athenedórus.vi
Atn. de anthisiodorus. athénæ.arum.athléta. æ. athlotéta.atnés
Atr. ptis.in pe. Atnepos prod. g. Atriolum.átomus.i. atriplex.
Att. cis. atróphia. átropos. áttagen. attámino. as. áttamen. atte
ro. is. attineo. es. áttraho. is. attribúere in antepe. Attri
tus. a. m. atvero; in penult. vbi vna pars.

A ANTE V.

Aua. AVárus. a. m. in penul. Aúcupis. g. aucupor. aris. in
Auc. antepe. Audácis. g. audére. audítus. a. m. auéllo. is.
Aud. auentinus, a, m. in penult. Abeo. is. âufero. ábstuli. âufugio
Aue. is. áufidus i. âuris. ge. âuguror. in antep. Augere. auitus.
Auf. a. m. aulæum. in pen. Auia. æ. auidus. a. m. áuipes. edis.
Aug. g. Aulicus. a. m. áuoco. as. áuolo. as. âureus. a. um. âuréolus.
Aui. aurifer. a. m. auriger. a. m. in antep. Aurigo. auriga. æ. auri
Aul. tus. a. m. auróra. æ. aurúgo in penul. sed cor. ge. Auspicis
Auo. g. auspicor. in antep Austérus. a. m. autóro. as. in penul. *
Aur. Autumo. as. in ant. Nebri.

A ANTE X & Z.

Auf. AXióma. g. *axiomantia in pe. teste Nestore.
Axi. Azímus. a. um antep. Azótus. i. in pen.
Azi.
Azo.

ADDITIO.

ABdias, & similia propria virorum in antep. autore Nebriss. de quibus hæc sunt verba. Explicemus, quæ sunt illa nomina, quæ ex sermone Hebraico per græcam declinationem ad latinam venére, quæ omnia apud Hebræos accentum habent in fine. apud Grecos in penult. apud Latinos in tertia a fine. Idem Alibi. memineris (inquit) id quod sæpe diximus, & repetens ite rúmq; iterúmq; monebo, nomina propria virorú in ias desinétia. apud Græcos accétú habere in pen. apud latinos vero in. 3. a fine. Hæc ille. Verútamé Christiani poetæ aliquá do produ. pen. vel grecorú accétú secuti. vel Seruij authoritate cómoti asserétis in nominib⁹ proprijs syllabarú. quátitaté esse indisserété, tu tamé si velis proferre vt doctissimus quisque hac in re intelligit, a nté. itidé acues. sed ea suo or

(margin: propria virorú in. ias. antepe. acuunt.)

dine hic singulatim enarremus. Abias.adónias.amárias. amàsias ananias.azárias.banáias.coláias.conenias.dalaias. élias.esáias.ezéchias.siue ezecias. Gólias. Hélias. Iechónias.iedelias. Ierémias.iérias.iesmáchias.iesmáias. iezónias.iosábias.iosias.maasias.malachias.mathanias. Mélmias.mésias.mathánias.neemias.obádias, siue obdias.ochozias.ozias. Phelétias.saphatias.satárimias.sechenias. secias.selémias.semeias.semérias.sophónias.thóbias.úrias Zabadias.siue zabádias.zacharias. Hæc Nebr. Abaná P.abanéc. P.abarim.forte ratione hebraica vltimã acuũt. Abcáui præterit.pen.Abdénago ante.Abdéra.quia græce per. H.abderites.e.P.abel.filius Adã. abellinę.rũ.abellinũ.abólla.pen. P.abésalõ, siue ábsalõ ✻ abydos ante.ratione græca acænetus.ácerae, ant.Achéras.æ.achilus.l.achélus.pen.Achimines aclydes. Æ.& œ.diphtõgi vulgo proferũtur per.e.tãtũ,cũ vtraq; vocalis.ae.&.oe.suã pronũtiationẽ habere deberẽt.nã in his diphtõgis.a.etsi supprimitur, verũtamẽ non omnino excluditur,neq;.o.de hoc latius in orthographia,vbi de diphthongis agitur. Æschines pen.Æthiops.æthiopis.g.aflrico.as,affabre. áeschilus.i. agarus.ante.ageládas.æ.alcéa. Alcyóne in pe.quãuis breuis sit gręca ratione, sunt enim plurima vocabula apud gręcos,quorũ etsi pen.breuis sit, acuitur eadẽ.qualia sunt propria quædã in.e,desinẽtia.vt Calliópe.erigóne. Penelópe. &c.sed de his vide Cybele.in quibus si græcã accẽtus rationẽ ignoraueris,tũc latinã sequi cõsiliũ est. Allæóthe ta.siue allótheta.álica.álicula.alopécia. alópecus.altero as.allóphylus ante.autore Cale.cui astipulatur Bap.Mãtua.Allophylos maláq; manu vibrabat onagri.sic in parte nice Mariana idẽ. Hoc docet allophylos solyme,& qui verbere fudit.allophylus.id est alienigena. Despau.secũs Nesto.pen.producẽdã affirmat.Amarágo.sed cor.ge. malthéa.amalénus.pe.amathus.ambrices.um.ámbrisus. milũ.ante. Ambu lacrũ.amethysus.amphrisus.amphion. sed

Desinẽtia in ias propria virorũ nomina ordine suo

Aba.
Abc.
Abd.
Abe.

Al.
Sũt plerim. vocabula apud gręcos quorum etsi pen.breuis sit acuitur eadẽ grę ca ratione.
Am.

ſed cor.g.amphiſa.p.ampliuagus,a.m.ámula.antep.amuletum.amúſus.pe.Anaglypha.orum. Calepino aut.in ante. Mancinelus producit pen. Anáthema ſi vera eſt Vallæ opinio vitioſe ſcribitur.apud Calep.literis græcis cum.H. ita.ob idque pen.pro. Suidas tamen docet anáthema epſilon in pe,habere iuxta Vallæ opinionē. & H. vnde & pe. acuere valebis.antinous.a.m. antiphates.antiphrates.antiphus. antipophora.antep. Antipathia. quia ei diphtongō habet in pe. antitypum.antep.andromache.pe.ſic græce.

Ana.

In literis ſacris ſemper habetur epſilon.

Apollós fuit vir apoſtolicus, de quo crebro fit mentio in epiſtolis Pauli ad Corinthios, & in actis apoſtolorum. ſed apud interpretē, cuius traductione vtitur eccleſia apollo. in omnibus caſibus reperitur,quaſi monoptoton. Eraſmus in ſua tranſlatione aliquando in.os.in nominatiuo. vt in actis apoſtolorum videre eſt. aliquando in. o. vt prima ad Corinthios. itaque & apollos & apollo in nominatiuo vertit, in cæteris caſibus apollo apud vtrumque legi, ſed extra meum intentum videor euagari, autore Nebriſſe; quoquo modo ſcribitur antepenultimam acuet: tametſi penul, ſit longa, quod proprium eſſe refert tertiæ declinationis atticorum nominum deſinentium in os longam : egō tamen vltimam acuerem, quia in omnibus locis, quibus mihi contigit græce inſpicere hanc dictionem apollō, ſic ex apice accentus conſtat eſſe proferēdam. Sed redeamus ad inceptum.âpexabo.onis aplauderem.apólogus.apoplexia.ápplico.as.apirinus.a.m.antep. Aptótum pen. quia ω mega ſcribitur autore Mancinelo,cui ſuffragantur doctiſſimi Grammatici. Cal. Badius,& Deſpau. ſic monoptótum.diptótum. &c.trahitur enim a ptoſis, id eſt caſus. Aquilex antep.ſed prod.g.aquilegis.

Aptotō cōpoſita per ω mega ſcribuntur græce.

Arefacis in antepe.cum facio.is.cum ſuis compoſitis ſemper corripiant pen. verum ſi quis pen. acuerit in compoſitis non mutantibus.a in.i.me riualem non habebit. aliquando enim vulgi placito conniuere oportet:ne ſummū ius in

Cōpoſita a facio. is. non mutātia.a. in.i.acuunt eandē. uſ.

ius in summam vertatur iniuriam. Archelaus in penulti- autore Despau. Bapt. Mant. corripuit pen. archimagirus Archípotes. æ. aristóphanes. is. aristóxenus. artócopus. asintheton. atheos. autónomus. autógraphus, automedon. antepe. Arion, penulti. cor. g. aulædus. auráta. & auratus a. m. penultimam.

De incipientibus a B litera.

Bábylon in antepe. vide Acheron. Báchides. is. Bacharis in antepenult. Baccátus, a. m. in bacillus. i. in penult. Baiulo. as. bálanus in antepe. Balátus. us. bála. æ. in penul. Vide Abraæ. Balnéolum. á Balthasar. ásaris. báltheus. baptismatis. ga. báratrum. bárbarus. a. m. barbáricus. a. m. barbária. bárbiger. a. m. bàrbitos, vel berbiton, bardiacus. bárnabas. bársabas. in antepe. Baphium. Bardocucúllus. barritus. us. ✻ Barábbas. in penult. Vnde non satis docte quidam vltimam acuunt: vt Nestor. Nebrisse. & Despau. docent. Sedulius. Tunc coluere Baal, nunc elegere Barrabam. Barioná in vltima. Basilicus a. cum. Básara in antepenul. Basiléa. Bathillum in penult. bathauus, a. m. variatur. Bab, Bac, Bal, Bap, Bar, Baf, Bat,

B ANTE E:

BEátrix. icis. bellátor. in penult, Béllicus. a, m. belliger. a. m. belligero. as. bélua trisyllabum, in ante. Benácus. benedico. is, in pen, Benefácio, is, vide arefacio, benéficus, a, m, in antepe, Benignus, a, m, ✻ Béroníce in penl, teste Valla, vide Thessalonica, Benéuolus, a, m, in antepe, Berillus, ✻ Berníco in pen, Bestiola in ante. Bethlcemita, Bethsamita, ✻ Betsúra in penultima contra Mamo, Bétsamis in antepenultima, Bea, Bel, Ben, Ber, Bet,

B ANTE I

Bibi-

Bib. nic. big. bil. bio. bip. bit.

BIbitus.a.m.bibitor.bibulus in ant. Bybliopoliũ. bibliopola in pe. Vide aromatopola. bicolor. bicorporis.g. bifidus.a.m. bifores. bigamus. vel digam⁹. bigámia. vel digámia. in ant. Bilibris. bimátus. vnde a bimátu, & infra. &c. in pe* Biothánatos. in ante. vide athanatos. bipartitus.a.m, in p Bipara birota. bipatens. bípedis. g.* byssinus.a.m. in antepe. vide ádamantinus bithalassum. bitúmen in pe. sed cor. ge. bitumino. as. in antepe. biuita.æ, in penult.

B. ANTE. L.

bla.

BLandíloquus.a.m. in antep. blánditus.a.m. blasphémo.as. blasphémus.i. in pe.

B. ANTE O.

bom. boo. bor.

Bombycinus.a.m. vide adamántinus. bóbisonus. a.m. bombilo as. in ante. Boótes, borèus. in pe. bóreas.æ. in antepe. Bouíle, bouínus, bouínor, in penultima.

B ANTE. R.

bra.

BRabium cum.b. in. secunda syllaba in pe. quia grece per. ei. diphtongon. vide Vallam in Mattheũ. Nesto. Nebriss. Erasmum. & Despau.* Brachmanæ in antepen. brachiále, brachátus. in pe. Brachiolũ. bráctea, bractéola, breuíloquus.a.m. in antep.

bre.

B. ANTE. V.

bub. buc. but.

Búbalus, búbulus, buccina.æ. búccinor. aris. búccinum.i. bucéphalus búcerus, a.m.* Bútyrum a Græcis producitur teste Nestore: latine vero variat: licet Valla cor. Búbsequa in antepe. Búcella, búxetũ in penultima.

Additio.

ba. be.

¶ Bálerus antepen. Balneáris. &.e. baltéle. is. belides.æ. patronymicum masculinum pen. Belidis.g. & patronymicum fœmininum & similia. Bássara. benedicus. antepen.

antepen. P. Bersábe. P. Bethléem. P. Bethsábe penult. P. Bethphagé, vltima, biiugus. a. m. vel biiugis, & ebi maris. & e. antepe. Bessális & e. birémis & e. pen. blándicus & blandidicus antep. Bombycis. g. boletus, bobíle, vel bubile. P. bóoz penul. Bónasus, bósphorus antepenul. Bi. Bla. Bo.

¶De incipientibus a C. litera.

CAbalinus. a. m in pe. Cácabus, i. cacaturio. is. in ante. Cachínno. as. Cachínno. onis. caducus. a. cacodæmon in penul. sed cor. ge. onis. cacúmen, cadauer, sed cor. geni. Cadúceus in antepenultima. ✻ Cáiphas. æ. variatur a Latinis. Iuuencus pulchra Caiphæ collucent atria sedis. Sedul. Protinus ad tristes Caiphæ deducitur ædes. Errant igitur vltimam acuentes, vide Abraæ, Cęcutio, cæcutis, cæcidi a cædo in pen. Calibis. ge. cælifer, a. m. cælitus in antepe. cælibatus. cæsále. cesariéi, calciámē in pen. cæsaris. g. cælicola, cælipotens, cálamus, cálathus in antepenultima. Calcáris ge. in pen. calcáneus. cálcitro. as. cálculus. i. calefacio. is. & calefio. fis. vide Arefacio. cálidus a. m. cáliga æ. & cáligo as. por calçar in antep. sed caligo. as. por se escurescer, & caligo por la escuridad, in pen. cor. ge. inis. Cálisthenes in antepe. Caliopéa. ✻ Caliodórus in pen. Vide anthisiodorus, calodæmon in penu. sed cor. ge. Camelus, camerinus, caminus, camoéna. æ. canalis, cananæus, canopæus, cancélli in pe. cab. Cac. cad. Cai. cæ. cal. call. cam. can. vocalis ante vocale cor ripitur Latinis

✻ Cancellária in antepen. quia vocalis ante vocalem semper in látinis corripitur: vt lúcia, lucius, libraria, controuersia, vicária, cadúceus, abígeus, lectória, natalia, nomen fœminæ, anastásia, anastásius, Lombárdia, Sclauónia, & multa alia in quibus imperitum vulgus turpissimē peccat. semper in nomi natiuo, Græce variat.

✻ Candacis. g. in ant. testes mihi sunt Nestor, Nebr. & Despau. Iuuenal. Cādacis Æthiopū dicant. &c. ✻ Cādelábrum in penulti. sicut & alia in abrum terminata, vt volutabrum. Ventilábrum. Addit Dispauterius dolábra. In abrū desinentia cor. penult.

Aslipu

re in pen. Clárifico. as; clárisonus .a. um. clarigo. as. clasſitus. a. um. claudere, claudico. as. clauiger, clauigeri, in antepe. *Cleobúlus in pen. ſicut & omnia compoſita a bule, vt Ariſtobúlus; traſibúlus: &c. Nebriſ. & deſpaute: Cléophas, in antepen. quia per. o. micron : ſed nequaquam vltimá acuet, contra indoctos vide Abrahę: Cleópatra, clibanus, climatis; gen. Clinicus: a. um. Clypeus, clyſmatis, gen. in antepe. Climatéris. ge: in pen: Vide Characteris: cloáca, cloacale; cloáco: as. in penultima. cle: cli: clo:

C ANTE O.

COæquo. as. in penulti. Coágulo. as. Cóamo. as. in antepen. Coadúno. as, coápto. as. coáxo. as. in penulti. coarguere, coccineus. a. um. coccinus. a. m, cóclea, coclé ola, cóclitis: gen. in antepen. Cocýtus; coctúra in penulti: cóctonum, cócula, cóculus, códicis gen. in antepenulti: cóemo. is. in antepe. ſed coémi. coémit, in præterito producit penultimam. cænaturio. is. q. in antepe. codicillus, cænomyia; coercére, cognómen in pen. cognitus: a. um: cognitor, cogito. as. cohábito: as: in antepen. cohæres. gedis, cohæſus. a. um, cohærére in penulti. cohibeo. es. coéxulis, gen. cóitus. us. coinquino. as. cólaphus, cóleus; in antepen. colaphizo. as. collabor. eris, in pen. cóllabo. as. collachrymor, in antepen. collabóro. as. collatus. a. um. collega. æ. collido. is. colliſus a. um. in penultima. colligo, colligis: cóllino. is. collibet; collirida; cólloco, as. colloquor, colloqui in antepenultima. colludo. is. collónus. i. collóro. as. in penultima, colére, coluber. bri. columen, columinis; columis; in antepenultima. colúrus; cámatus. a. um: combúro, comburis, in penultima: combibo, combibis, cómbibi, cóbibitus. a. um. cómedo. is. in antepenúltima, ſed comédi, comedit in præterito; in pen. cómedo, in antepenul. ſed producit geniti: onis, cómitis coæ: coc: cod: col: comb

om. ge. cóminus aduerbia, cómmatis ge. in antepe. Commeátus. us. in pen. commémoro. as. commentariolum.

cópositaa migro. ante acuút ✻ Cómmigro. as. in antepe. sic & alia composita a migro. as. tránsmigro. as. &c. Manilius lib. iij. Sed tempore sedes nascentum acciperent proprias, signisque migrarent. Luc. lib. ij. Inque locum quando remigrat sit blanda voluptas. Vide Nebriss. & Dispau. in commentarijs. Pecant igitur Alexander, Mamo, & omnes qui penultimæ accentum tribuunt.

Cómmilito in antep. sed produ. ge. ónis. cóminor. aris Comminúere. commiseror in ante. Committo. is. in pe. cómmodus. a. m. cómmodo. as. cómmolo. is. commólitus. a. m. commoneo. es. commoritur. cómmori, cómmoror. aris. commoueo. es. communico. as. in antepenu. Cómuto. as. comædus. i. in pen. ✻ Comædia in antepe.

comu.

compo sita náque ab ode. es. quod est cátus in a ant. acuunt. Composita nanque ab ode. es. quod interpretatur cantus per i. iota. ante a. a græcis scribútur, vt prosódia, tragoédia, psalmódia, melódia. Vide nostrum Nebriss.

Cómicus, cómparis ge. in antepe. compareo. res. in pe. vnde puer non compáret: & ego quo ibo? compago, vel compáges. is. in pen. Compágino, as. cómpater. tris. cómpati, compaueo. es. compedio. is. q. in antepe. Compeditus. a. m. compéllo. is. in pe. Comperéndinor. aris. cóperéndinus. a. m. comperio. is. Comperi, cómpeto. is. cómpitum. ti. in antepenult. Compílo. as, compláco. as. compláno. as. complére. in penult. Cómplicis. ge. compláceo. ces. in ant. Vide arefacio. Complóro. as. complódo. is. complútus. a. m. complúres. compóno. is. Compóto. as. compótor, vel. trix. compótus. a. m. pe. Cómpotis. g. cómprecor. aris. cómprimo. is. cómputo. as. cómprobo. as

comp.

conc. cóncaco. as. concáleo. es. concélebro, as. in antepe. Conchyle, conchylites, concído. is. cidi. por herir, o matar, a cædo in pen. Cóncido. is. por caer, o morir in antepe. a cado. is. Vide accido. is. Cóciónor. concinno. nas. por adobar

bar mezclando cosas in pe. Cóncino.is. por cantar con o=
tro, concipio. is.cóncitus.a.m.in antep, Conclámo.as.cõ
cláuo.as.* concláue.is. in pe. Hora. Currere per totũ pa
uidi concláue magisque. Vide Calep. Nebriss. & Desp.
Cõclũdo.is.in p. Cóncremo. as.cóncolor. cóncoquo.is.
cóncrepo.as.cóncubo.as.cóncupis.cóncutis in an Cõcubi
na.æ.cõcupítus.a.m.cõbinus.a.m.cõcúrro.is.concúro.as.
condecórus.a.m.condecóro.as.condémno.as.condíco cond.
.is.condíctum in pe. Cóndecet, cóndylus.in antep. Con
dítus.a.m. a condío.is.q. por adobar in p. Cónditus.a.m
cónditor a condo.is.por edificar.&c.in antepe. Cóndoles
in antepe. Condúco.is.condóno.as.condúro.as.in pe. Cõ
dúplico.as.cónfero, cónferens, conficio.is.in antepenul.
Confído.is.configo.is.configúro.as.confínis, conflígo. conf.
is.in pe. Cónfitens, conflátile, confluére, cónfluus.a.m.
confódio.is.in antepe. sed confódi, fódit præteriti in pe.
Confíeri, cónfore, cónfoues, cónfragus.a.m.in antepe.
Confráter.is.* confúto.as in pe. Lucre.lib.iiij. An cõ
futabunt nares oculi quoque vincent? Vide Nebriss. Cón
fremo.is.cónfrico.as.cónfugis in antep. Sed confúgi, cõ
fúgit in præterito in pe. Cónfuga æ.cóngelo.as. cónge= cong.
mo.is.cóngero.is.congémino.as.cónglobo.as.conglóme
ro.as.conglútino, &cóngredi, cóngrego.as.congrúere in
antep. Coniectóris.g.coniécto.as.in pe. Cónijcio.is.cón coni.
iugus.a.m.cóniugis.g.cóniugo.as.in antep. Coniúro.as.
conlúco.as.conniues, connítor.eris.conopæũ in pe. Cón
quadro.as cónqueror.reris.cónqueri, in antepen. Conquí conq.
ro.is.corridére, consáno.as.in pe. Consírcino.as.cónci= cons.
di, cónseco.as.cónsecro.as.consídeo.es.in antep. Con=
sído.is.consépis.q.conscribo.is.consigno.as.in pe. Con=
sídero.as.consílio.is.cónstiti, cónsitus.a.m.cónsocer, cõ
sóceri, consocíetas, consólido.as.cónsono. as. cónsonus.
a.m.conspicúitas, conspúere in antep. Consólor.aris.cõ
spíro.as.conspúto.as.conspícor.aris.consópio.is.q.con

sopitus.a.m. in pen. Cónstipo.as. constituere, cónstitis, construere, cónstrupo.as.cónstrepo.is. cónsulo.is.cónsu-
cont. lis ge. consuere, consutilis, contamino.as. cóntigo.gis.in antepe. Contabeo.es.contáges.gis.contémno.is. conterrére in pe. C óntero.is.cóntices, contiguitas, contineo.es cóntigit, cóntraho.his. in antepe. Contorquere, contrado.is.in pen. Contrarietas, contribuere, controuérsia in ant. Contribúlis .contrucido, contrúdo.is. contruso.as. contuére in pen. Contúitus.us. cóntumax, conuáleo. es. in antepe. Conuallis.is.conuello.is. in pen. Conuenio.is.
conu. in antep. vide aduenio.cónuena.æ. in antepe. Conuiua.æ. conuiuo.is, in pen. C ónuolo. as.cónuoco.as.cónuomo.is
coq. coopério, ris.q, in antepenultim. Coopinor.aris. in pen.
cop. Cóphinus, i. in antepen. Prudent.post cœnam, cóphinos crudus conuiua resudat. C ópulo. as. cópula. æ. cóquito.as.
cor. in antep. Coracinus a.m. corbita, tæ. corcyra, cordila, co rébus in pe. Córbonam in antepe. Calepi. corytus in pe. Córilus, cornicen. g. nis. cornéola, córniger, ri. cornigena cornipeta. córporo. as. in antep. Cornicor aris. corrado. is. corrépo.is. corridére in p. C órripio. is, córrigo.is. cor róboro. as. córrogo. as, in antep. C orródo.is. corrúda.in
cos. pen. Corruere, córticis. g. cosmógraphus, cosmográphia, in antep. Vide antigraphia. Coturnicis gen. cosira, coty-
cot. le in pen. C ótonis.g. in antepenultima.

C. ANTE. R.

cra. CRástinus. a m. crástino.as. crápulor.aris.in antepe. Cratéris.g. cratéra æ, in pe. Vide charateris. Créa
cre. gra.æ. creditor, creditus.a. m. credidi in antep Creopóla creopolium in pen. Vide aromatopola. Creperus.a.m. crepito.as. crepitus.us. crepida.æ. in antepe. Crepído in pe. sed cor. gen. inis. Cretáceus, creticus, criminis.g. crimi
cri. nor, aris. criniger a. m. chrysolitus, * crystallinus. a. m. in antep.

antepe. Vide adamantinus. Crocodilus, crotópus in pen cro.
crótalum, crócinus.a.m.crúcifer.a.m.in antep. cruó:
ris.g. cruména, crudelis &.e.in pen.

C. ANTE. V.

Cúbitus.us,& cúbito.as.cúbicus, cúculus, por el cu- cub.
clillo in antep. Cubile.lis, cucúllus cum duplici ll. cuc.
por cogulla in pen. Cúcuma, cúcumis. eris.cucúrbita.æ.
in antepe. Cucúrri, cudónis.g.* cúias, & cniúsuis gen. cni.
in pen.positione. Cúlcitra, cúlicis gen. cúlleus, cúlminis. cul.
ge.cúlpito.as.in antep. Cultellus, cuminum in penultima.
Cúmera, cúmulus, cúmulo, cumulas. cunctipotens, cun cum.
cticantus.a.m.cuneus, cuneolus in antepe. cupido in pe. cun.
sed cor.ge.cupitus.a.m.cupitor.oris.in pen. Cúpidus a. cup.
m.in antep.vnde cupido in nominatiuo produ.cupido ve
ro in datiuo & ablatiuo adiectiuum corripitur. curúlis, cu cur.
rúca, curuámen in pen. Cúspidis ge & cúspido.as.in an- cus.
tepenultima. custoditus.a. m.custoditur, custodite in pe-
nultima.

ADDITIO.

CAlánus in pen. cádiuus, cálidon, vel cáledon ca.
pen.sed cor ge.calidonis, calydon per.y sed pro.
ge. P. chánaan, siue.P. cánaan antep. canaam,
vero vlt.chelidon cum aspiratione, id est, hirundo. pen. che.
sed cor.ge.chelidonis, callimachus antep. cambyses.is.ca- cam.
nópus, canopita pen. cániceps.itis.in ge. cápero.as.cármi- can.
no.as antepe. cathamitus, carnificina pen. cárolus, cásita car.
cátana, siue cátina antepe. Bapt. Mantua. semper cor.pe. cat.
catacresis, & cathechesis per H. ita scribitur græce, cata-
stróma, catortóma, sed corrip. genitiuum, cauillor.aris.
penultim. câucasus antepenultima. vitiose igitur in ca-
lepino penultima producta cum contrarium probetur.

ce. centimanus, céphalus antepe. Cephalé. es. vlt. ratione græ
che. ca, cherronésus, & chersonésus. quia græce per ita. cybe
ch. lus. cybela antepen.

At vero Cybele. es. quanuis penul.
fit breuis, ratione græcanica eadẽ acuitur: sic & tisiphone.
cy. Nam nomina quædam græca in. e. longum delinentia,
quanuis pen. fit breuis, eadem acuitur græca ratione: de hu
iusmodi nominibus libet hic Nebrissensis nostri verba ad
scribere. Iam vero (inquit) quis etiam ex doctissimis qui-
busque non peccat in proferendis nominibus in. e. longum
desinentibus: quæ omnia ex mere græca declinatione infle
ctuntur: in illis præsertim quæ habent penultimam breuẽ.
Nam cum deberent illa enunciare græco, ipsi latino pro-
ferunt vt Penelope, pro Penelópe: Calliope, pro Callió
pe: Hélene, pro Heléne: Erígone, pro Erigóne: Dánae
pro Danáe: Eurídyce, pro Eurydíce. & fere adhunc mo
dum nomina propria fœminarum, præter admodum pau-
ca: vt agaué, canaché, acuentia vlt. Hæc ille.

Cypselus. N. P. antepe. At Cypséllus pro aui cum
duplex ll. habeat pen. Citriágo, cibális. &. e. claudére. &c.
a claudeo es. penul. nam a claudo. is antep. Clystóris. g.
penult. Cólligo. as. cómarus, cómitor. aris. commítigo,
as. cómplico. as. cómmerens. a. commereor, cóncito. as. an
tep. Consólor. aris. consúmo as. consúmo. is. pen. Cónse
on. quor. eris, cónfero. is. an. Cecurio. is. q. crystallus, l. in ũ.

De incipientibus a D litera

dac. DActilothéca, dædaleus in pe. dáctylus, dédalus, de-
dal. dálius. a. m dæmonis. ge. dæmoníacus. a. m. dalida.
dam. dæ. vel dalila, dámasus. i. damnifico. as in antepe. Dalmâ
dar. tinus, dapális. e. * Darius. i. in pe. claudianus, Darium fa-
mulis manibus doluisse peremptum. Faustus, sic benefacũ
do persuaserat ore Darius: quia a Græcis scribitur per. ei.
diphthógon. Dapsilis. i. dárdanus. a. m. in antepe.

D ante E

DEácino.as.deámo.as.in an. Debéllo.as.debére in p. debílito.as deblátero.as.decacúmino.as.decálogus. Dea. .i.décadis.g. Decápolis. ✻ decapóleos.ge.græcus in ant. Deb. quia sic græce, Decapolítes, decédo.is.in p. decêmpeda. Dec. dæ.decemuiri, décido.is.decidi por caer de algun lugar, in ant. Decído.is.decidi, por atajar pleytos. &c. in penu. venit a cædo cædis. Vide áccido, décimo.as.décipis, decí pula in antep. Declámo.as.declíno.as declíuus.a m. declí uis, decóllo.as.in pe. Décolor in antep.sed prod.g. oris. Decolóro.as. decóris ge.veniens a decor.por la gracia cõ hermosura in pe. Décoris ge. a decus por la honrra gana da con trabajo, in antepe. Decórus.a.m. decóro.as.in pe. Decórtico.as.decrépitus.a. m. décubo.as. décuplus.a.m. in antep. Decúrro, is.decússis in pe. Decútio.is. dédecus Ded. dedécoris ge.por la deshonrra in antep. vide décoris gen.dê decet, dêdico.as.dedicí, dêdoces, dêdoles, dêdolo. as. in antep. Dedúco is. defámo.as.defæco as. defatígo. as. in Def. pe. Défero, déferens, defício.is.in antep. Defígo.is.defí nio.is q.deflóro.as. in pe. Deflúere, défodis in ante.sed de fódi.defódit præteriti in pe. Déforis, défore, défloco. as. dêspico.as. défrutum.défugis in antep. Sed defúgi, defú git præteriti in pe.Defrúgo as.in p. Dégener. g. ris. dege Deg. nero.as.déglabro.as.déglubo is.dégrado. das.dêgrauo.as dégulo.as.déicola.æ.déiero.as. deíficus.a.m.deiício.is.in Dei. antep. ✻ Deínceps.✻ deínde in pe. Vide alóge, desupèr deíntegro.as.déitas, dêiugo.as.dêiuuo. as. delánico.as. Del. deláchrymo.as.in antepe. Delábor. eris.delatóris ge.de lécto.as.delego.as.✻ delbóra.æ.in pe, quia græce per.o. mega Delétilis, delíbero as. délibro.as.délino.is.delício. is déligo.as.in antepe. Delibo.as.delíro.as.delírus.a. m. Delib. in penult. Horat. Quicquid delirant reges, plectuntur A chiui. Semper producuntur, neque vnquam per.y.græcum

ſcribenda a lyra inſtrumento muſico, licet Neſtor & alij aliter dicant * delónge in pen. Vide alonge. delíteo. es. de litígo. as. delubrum. i. in ant. Delphinus, delúcro. as. delú
Dem, do. is. in pe. Démereo. es. démeto. is. in antepe. Deminó ro. as. demíror, demítto. is. demolítus. a. m. demolítor a demolior. q. in pe. Demólitus. a. m. démolo. is. dęmonis, g. demócritus, * demóſthenes in antepen. Vide antiſthe nes. Démoues, démoror, démurmuro. as. dénato. tas. dé nego, démigro, dénique, denómino. as. dénoto. as. in an
Den, Demúto. as. denúbo. is. denúdo. as. deóro. as. * deórſum
Dep. in pen. Vide alonge. Depalor. aris. depécto. is. depéllo. is in pen. Dépuli, depéreo, déperis. q. dépilo. as. dépilis. le. in antepenult. Deplóro. as. depóno. is. depráuus. a. m. in pen. Déprecor. aris. déprimo. is. deprópero. as. in antep. Deprómo. is. depúber, depidíco. as. in pen. Dépudet, dé
Der. puto. as. déripio. is. dérogo. as. in antep. Derádo. is. derí
Deſ. deo. es. deríuo. as. deſæuio. is. deſcríbo. is. in pe. Derúnci no. as. déſeco. as. déſecor. déſero. is. déſidis. ge. déſideo. es. deſídero. as. in an. Deſido. is. deſigno. as. in pe. Deſilio. is. déſino. is. déſipio. is, déſtiti, deſtitúere in ante. Deſólor, vel deſólo. as. deſpéro. as. deſpódere, in p. Déſpicio. is. deſ púere, déſpicor. aris. déſpicus. a. m. deſtíno. as. deſtitúere. deſtrúere in ante. Deſpúmo. as, deſúdo. as. deſumo. is. in
Det. p. Déſuper, détego. is. détero. is. detérmino. as. détineo. es detono. as. detraho. is. in antepe. Detexo. is. detondére, de
Deu. trúdo. is, deuelo. as. in pe. Detúmeo. es. deuebo. is. deuenio. is. in antepe. Vide Aduenio. Deuoco. as. deuius. a. m. deuo
Dex. lo. as. deuomo. is. déuoro. as. deuoueo. es, dextrariolum in antep. Deuíto. as. deúro. is. * dextrórſum, dextrále, ~~deno tores~~, in penult.

D. ANTE I.

Dia. Deia, diadema, in penult. Diadematis ge. dialogus, diaphanus. a. m, in antep. Diána, dianíra in penult.

* Dia-

✱ Diaphónia in antepe. quia græce per. i. iota purum, di· ctatú, dictámen, in, p. didymus in ant. D iei, díduco. is. dif famo. as. in pe. D iftero, diffidi in antep. D iffido is, diffú, di, diftínis. q. diftiteris in pe. Diffúlmino, as. diffifilis. e. diffluere, digero. is, dígredi, dijúdico. as· dilácero. as. dilá pido. as. diligo. is. dilatro. as. in antepe. D ilaio. as. dilori· co. as. deludo. is. dilútus. a. m. in pen. D ilúere, dimico. as diminúere, dimóueo. es. in antep. Dimano. as. dimitto. is. diac. did. dif. dig. dil. dim.
✱ diœcesis in pe. quia teste N estore, cui suffragantur Ca lepi. & N ebriss. cú cæteris doctis, scribitur græce. œ. diph tongo in secundá syllabá, & H. quam in e longum verti· mus, in tertia syllaba. Ineptissime igitur dicitur diócesis in antep. ✱ Diógenes in antep. V ide Antigenes. ✱ Diodó rus in pe. V ide anthiSiodorus. Diópatra, diófcorus, diópo lis ✱ dióphanes in ante. Diórcs, diomedes in pe. Diplois, di ploidis, diphilus, dirigo. is. diripio. is, dirimo. is. dirútus. a. um. diruere, dicidi, dyscolus in antepe. Discido. is. discidi a cædo, discúdo is in pe. Didici, discóphorus, disconuenio is. q. in antep. V ide aduenio. Discoquo. is. discoóperis. q. discrimino. as. discrepo. as. in antepe. D iscrimen in pen. Discúbit[9] us, discutio. is, disentéria, disjcio. is. disglútino as. in antepe. D ispálor, vel dispalo. as. dispártitus. a. m. dispéllo. is. in pe. Disparo. as. dísparis gen. disphilus, dis· plices, dísplico. as. dispicio. is. in antepe. D ispóno. is. dis pludo. is. in pe. Dispudet, disputo. as. disseco. as. dissero. is. in antepe. Disquiro. is. disepio. is. q. in pen. Dissideo, dissi dis. q. dissimulo as. dissipo. as. dissímilo. as. dissipio. is, dissi tus. a. m. dissono, dissonus. a. m. differo. is. distérmino. as. distineo. es. distribúere, distraho. is. diuárico. as. diuérbe· ro. as. diuagor. aris. in ante. aris. Distillo. as. diuéllo. is. di uéxo. as. in pen. Diuitis genit. diuito. as. por hazer rico a otro, diutinus. a. m. diuido. is. in antepenultima. Diuino. as. in penultima. dioe. dip. dir. dis. disg. disp. diss. dist. diu.

D ANTE O.

Doc. DOcilis, dochimus, dóctificus.a.um, doctisonus, do
Dog. gmatis, gen. in antepe. ✱ Dolábra, in pen. Despau.
Dol, Doiopeia, dolámen, dolére in pen, dominicus.a.um, dó
Dom, minor.aris, domito.as. dorcadis, gen. doridis ge, ✱ Dó
rotheus ✱ Dorόthea ✱ Dositheus, in antepen. Vide Ti
Don, motheus. ✱ Donec, in prima, vide Alias. Dormito.as,
dormitor, in pen. Dolopes, Drápanum in antepen.

D ANTE V.

Duc, DVcatus, ducéni.æ. dulcoro.as, dulcoris, gen. duel
Dun, lum.i. & duello.as. dulia in pen, quia per.ei.diphtό
Dup, gon a græcis scribitur, teste Nebris. ✱ Duntáxat, in pen.
Dur. vide alonge, ductilis, duódecim, duplicis.g. duplico.as.
in antepe. Duodénus.a.m, durámen in pe.

Additio.

Dal, Dálmatha, antepen. Debacchor, aris. in pen. Délibro.
Del, as. a libro pro cortice antepe. nam a libra proponde
ro pen. acuta. Délinis.it. siue a délino tertiæ, siue a dili
nio.q. antepe. quicquid dixerit Calepi. delinitus pro insa
no, pen. Sed délitus pro fœdato. démades, demænetus,
Di. antepe. Democédes. Calepi. Desæuio.is.q.penul. Diapa
sόn, vlt, ratione græca, Diaphanus ante. in Cale. non conso
nat apici litera, Dibaphus antepe. Dietéris.is.vel idis.pe
Dictúrio.is.q. disgrego.as. antepe. Dictamum, distædet,
Do, dolábra & dolábro.as, pen. Dolito.as. antepenulti,

De incipientibus ab. E. litera.

Ea, EAdem, quære infra in eodem, eátenus. ébenus. ébibo
Eb, ébibi ébibitum. eboreus.a.m. ébrius. ebríetas in an
tepenul.

sepenult.ebullis, ebúllit in pen. Ebulus, éboris. ge. ebúrneus, a. m. eburnéolus in antepen.

E ante C

ECclesiástes geni. in vltima. Echínus in pen. Echó, echús in vlti. * Ecóntra in pen. Vide alonge. eccubi. échatána in antep. Despau.

E ante D

EDácis. ge. edictum. ti. edicó. is. in pen. Edidici, éditus. us. edíssero, édidi, édoces, édocet, édolo as. edomo. as. edómitus. a. m. éduco. as. in antep. edúco. is. edúlis. e. edúro in penultima.

E ante F

EF famen, effatum in penult. Effáscino, as, in antepen. Effectus. a. m. efferbere in pe. Effero, éfferus. a. m. efficax in ant. Effigiei. g. effigo. is. effligo. is. in p. Efficio. is efflágito. as. efflúere, effodio. is. effoémino. as. in antepe. effódi. it. in præterito. effoctus. a. m. effratæus, effrênus, vel effréno. as in pe. Effrico. as. éffugis in antep. sed effúgi præteriti in pe. Effulgére, effúmo. as. effúdi in penultima.

E ante G

EGélido. as. in antepe. Egénus. a. m. egére, egeriéi. g. in pen. Egero. is. egyptiacus. a. m. in antep. Egissippus, egíppus, egæas in pen. Egredi, in antep.

E ante I

EIjcio. is eiulo. as. eiúsmodi, eiuscémodi in antep. Eiúro, eidem in penultima.

E. ANTE L.

ELábor. eris. elabóro. as. elamíta, elæopolium, elæopóla in pe Vide aromatopolium, elanguére, eláte. es Eleazárus in penult.

Nomina

Nam nomina hebrea & peregrina per extensionem latinitatem ingressa debent retinere accẽtum in syllaba illa, vbi ante extensionem locabatur. Cum igitur Eleazar, satan, Ioseph, Adam, Iacob, Salmanasar Sichẽn, & pleraque id genus vltima acuta prius proferantur, eadem facta penultima per extensionem acuitur pen: Dicimusque, Eleazárus, Sathanas, Iosephus, Adamus, Iacóbus, Salmanosárus, Sichimis accentu in pe. Locato: Vide Prisci. Nebris. Despau. & omnes doctos.

Ele, Elchana, in antepen. Electrum in pen: élegans, eleemosyna, in antepen. Habetque sex syllabas, elegia, in penult. quia per ei. diphtongon, græce Elegus: a. um. elegiacus. a: um, in ante. Eleison, vide Kyrieeleison. ✻ Elephantia. æ. in antepen. propter simplex. i. iota, Elephas in antepenult, ✻ Elephantinus. a. um. in pen. Eleuo. as. Eleúterus in ant. quia per: e. psilon græce Elicio. is. eligo is. elimino. as.

Eli, élico. as. in antepe. Elido. is. elimo. as. in pen. Elymas. æ. eliogábalus ✻ Eliopóleos. g. græcus, in antep, ex græca declinatione elicis. ge. Elleborum, eloco. as. eloquor, eloqui

Elo, éloquens, elucido. as. in ante. Elúdo. is. elugére in penu.

E. ANTE M.

Ema, ¶ Emáno. as. in p Virg. Tum gelidus toto manabat corpore sudor. Emáculo. as emáncipo. as. emáneo, es. emárgino. as. in antep. Virg. Quid delubra iuuant? est mollis flãma medullas. Emendico. as. ementitus. a. m. in pe. Emeto.

Eme, is, ✻ Emigro. as in ante. Vide Conmigro eminus aduer. eminor. aris. in antepe. Emiror. aris. emólles, emollio, q.

Emi, emólitus, a, um, Emólidus, a, um, emóderor, aris, émolo, lis, emolitus, a, um, emóritur, emori, émoneo, es, emphasis,

Emo, empedocles, in antepenultima, Emunitus, a, m. in p.

Emp, empturio, empturis, q, emúcidus, a, um, in antepenul.

E ANTE N.

¶ Energia in pen. propter ei. diphthon. græcé Enato. ener.
tas., enauigo.as.encænia, éndeca, eneco.cas, erguminus end.
in antepe. Enimuero, aduerbium. Enitor, eniteris, eno-
do.as.enódis in pen. Ensifer.a.m. énthesis, entheos, enú
mero. as.in antepen enúdo.as. in penultima. ent.

E ANTE O.

¶ Eodem in pen, & eadem in ablatiuo solummodo vt
in eádem lectione, in alijs vero casibus in antepen. vt éa- eódem.
dem lectio, èadem resurrectio, éadem regna * Eó, aduer eádem.
bium in prima, vide Alias.

E ANTE P.

¶ Epaphróditus, ephrátha in pe. epaphra. ephesus, ephé- Epa.
metis in antepenul. Ephébus, epicúrus, in penultima. Epi- epi.
grammatis geniti. epitheton, epimachus, epilogus * Epi-
phánes in antepénu. sic Aristóphanes, metróphanes, dió-
phanes, & similia, cõtra Cale. nisi liber médus sit. Hora.
eupolis, atq; cratinus, aristopháneſque poetæ. vide Neb.
& Despau. Epiphania. æ. in pen. a græcis scribitur per ei.
diphthongon. Epodes in pen. teste Nebris. Epóto as, epó epo.
tus.a.um, epúlis, in penul. sed cor. gen. Epulidis, épula,
épulæ. epithema, epulor. aris. epulum in antepenu. Epu.

E ANTE Q.

¶ Equitis ge. équito as. in antepe. equile, equinus.a.m.
equitátus, in pen. equi.

E ante R.

¶ Erémus in pen. & sine aspiratione, hæc est enim ve-
rissima Nestoris doctrina Bebelij, Neb. Tortelij, alio-
rumque doctissimorum. Mant. quod solam in vastá non-
dum discessit erémum. Nam secundum e, est. H. idest. e.
longum Eremita, eremites, e. vel eremitis in pe. Eremiti-
cus.a.um. eremigo as. erguminus, eridanus antepe. Eri-
góne.es. quanuis pen. sit breuis, acuit eandé græca ratione.

Erima

Erimathus, eriphile, in p. Eripio.is, êrogo. as, erotêmatis gen. in antepen, Eródo.is, erúca, erúcto.as. in pen. Erubeo.es. erúdero.as. érudio. is.q. erúere. êrutus, a.m. in. antepen. Eruditus, a.m, erúgo, erúgis, vel erúgo, as. in p.

E ANTE S.

ES seda, essedum, esurio. is. q. in antepen. Esuriei, esurigo, in pen. sed cor. ge. Essei in penul.

A ANTE T.

¶ Etenim, éthnicus, êthicus. a. um, ethólogus * Ethológia, & * Ethymológia in antepen. vide acyrológia.

E ANTE V.

Eua. ¶ Euado. is. euagino. as. in pen. Euapor. aris, êualeo. es, in antepe Euáneo. es, euapóro. as, euclides, in pe. * Eucharistia. æ. in antepen. teste Despaute, licet Valla aliter sentiat, Eucho. is. in antepe. Euelo. as, euéllo. is, in pe. Euenio, is, q. in antepen. vide, Aduenio, euêntilo. as. euerbero. as. euérgetes, in antepe. * Eugenia in pen, quia per ei, diphthongó à græcis scribitur, teste Nebris, êugenes, euidens, eufrósyna, euigilo as. êuireo. es. êuiro. as. in antep. Euigóro. as. euito. as, euileo, es. in penul. Euiscero. as. * Eulógia. æ. in antepe. vide Acyrologia, Eunúchus, eadem, eunuchinus, in pe. Euoco, as. êuolo. as, éuomo, is. in antepen. * Eumenia, & * Eupedia, in pen. quia græce per. ei. diphton. * Euphónia in antepen. vide Diaphonia, euphimia, in antepenul.

Eue. (margin)

Eun. (margin)

Eup. (margin)

Euphratres tam a latinisquam a græcis in penul, Iuuena. Hic petit Euphrátem iuuenis, domitiqz bathaui.

bathaui. Virgilius fingerat Euphrátes ibat iam mollior vndis. Vide Nebri. cale.& Deuspau.& apocalypsin græcam. Nec intereſt an euphraten per.n. vel euphratem per m. in accuſatiuo reperiatur contra Mamo. Euphrósina, eu- eur prepia in antep. Eurípus, európa in pe. Eurypilus, eútices eurónothus in antepenult. * Euſebia, euſtathia, in penulti. Deſpaut.

E. ANTE X.

EXactóris geniti. exácte, exæquo. as. in pen. Exacue- exa re, exággero as. in antep. Exámen in penult. ſed cor. ge. Exámino. as. exánimo. as. exſánguino. as in antep. Exardére, exarére in pen. * Exaro. as. in antep. Perſius, na uem ſi poſcat ſibi perſonatus arator. Exaſpero. as. exaúguro ras. in antepe. Excæco. as. excedo. is excéllo. lis. in pen. Ex- exc clauo. as. excérebro. as. excido. dis. excidi, por caer, o mo rir in antepenultim. Excido. is. excidi por cortar, o herir in penult. Vide accido. Excidi præteritum ab excindo in antep. Excitus. a. m. excito as. excipio. is, in ant. Exclamo as. excláro. as. exclúdo. is in pen. Excódico. as. excógito. as. excolo. is. excoquo. is. excreo as. excubo. as. excubitus. excúlpere, in antepe. Excúdo. is. excultúra in pen. Excutio. is. éxeco. as. éxecror. aris. éxedo. is. in antep. Eſdras. æ, exé- exe. plare in pen. Exémplifico, exéntero as. éxequor. eris. ex- ercitus, exercito. as. éxero. is. in antepe. Exercere, exſerué- re, exhálo, as. exhæres exhæredis ge. exhęredo. as. in pen. exh. Exhedra. æ. exhibitus. a. m. exhilaro. exhodus. i, in antepen. Exhorrere. exicco. as. in pen. Exibilo. as. éxigo. is. exigúi- exi. tas, exilio. is. q. exilitas, eximo. is. in antepen. Exilis, &c. e. * exinde, exinanitus. a. m. in pen. Exiſtimo. as. éxtitít, exi- tus. us. exóleo. es. exónero. as. in antepe. Exóro. as. exorbe- exo. re, exoſus a. m. expáleo. es expapillo. as. in pen. Expatro. exp as. expáueo. es. expedio. is. q. in ant. Expeditus. a. m. expé- cto. as expello is. expilo. as. por robar, o ſaltear, expiro. as. explano. as. in pe. Expéctoro. as. éxpedis. genit. éxpeto. is.

E expli-

explico. as. in antepe. exploro, expolitus. a. um. expono. is. in antepe. Explicitus. a. um. expositus. a. um. exporrigo is. exprimo. is. exprobo. as. in antepe. Expromo. is, expumo. as. expugno. as. in pen. Expuere, exputo. as Compositum a puto. as. in antepe, Exquiro. is. extabeo. es, in
Exq. penult. Exterebro. as. extasis, extergere, extero is. exter
Ext. mino. as. extimo. as. extimulus, extimus. a. um. extinguere, in antepen. Exterrere. extillo, as. extorquere, extrico. as, extrudo. is. in pen. Extraho. is, extrinsecus, extruere, extumeo. es. exubero. as, exucito. as. in antep. Exuflo. as, exugo. is. in pe. exulis ge. Exulo. as. exulcero. as. exuere exupero, as, in antepe. exuro. is. in pen.

ADDVNTVR.

El. Elisabe, eademque. P. Elisabeth. P. Ephraim pen. Epheta vltimam, Eleeson, vel eleison, idest miserere antepe. & habet. e. in pen. autore Erasmo. Eluceo. es. em
En. pusa, emugio. is. q. Encyclopedia, & energia græce ei diphtongo habet. in pe. obidque eadem acuitur P. Eliezer pe. P. Emmanuel, Eniteo. es, antepen Epaphroditus. cu ab aphrodite composita eandem simplicis quantitate retineat. Ephegesis pen. Epimachus, epilepsia, epiplexia, apoplexia habent. i. purum ante. o. antepenult.

Exauthoro. as. pen. vitiose igitur in Cale. & apice, & litera, & contra authoris mentem, cu apud eundem legatur in dictione Authoro. as. p. producere, & habet. o. productu. vide obsecro quantis mendis liber viri vsque adeo emuncti nescio cuius vitio scateat. Eubulus perpera in Cal. quonia a bule coposita pe. producunt. Exputum, exudo. as. pen.

De incipientibus ab F litera

Fab. FAbrico. as. fabrica. æ. in ant. fabrilis. le. facetus. a. m. fa
Fac. ciei. g. in pe. Facinus, facinoris. facinora. faginus. a.
Fag. m. ant. figural. lis. falcatus. a. m. fallacis. g. Fefelli. * Falso aduer. in p. falsiloquus. a. m. falsigraphus, falsidicus. a. m

fame

famélicus, a. m. famigero. as. famiger. a. m. familiola. æ. Familias ge. in antep. Hinc paterfamilias. Vide supra in alias, famulor. aris. farcino as. in antep. farcimen, farracũ, farrágo in pe. sed cor. ge. fasciola, fascinum i. fascino as. in ant. Fastidio. is. q. fatigo. as. fatéris in pe. Fatidicus a. m. fatilegus. a. m. fatúitas in antepen. fauère, fauilla in pen. Fam. Far. Fas. Fat.

F ANTE. E.

Femoris. g. in antepe. * Fére, & * Férme aduer. in prima. Vide alias. Ferrúgo, ferrũmen in pe. sed cor. ge. eorũ. Fertilis, fertilitas, féruidus. a. m. in antepe. Feruère, festinus. a. m. festúca in pen. Fem. Fer.

F ANTE I.

Fibula, fictilis, ficulneus. a. m. fidei. g. fidifragus. a. m. fidicen. inis, fiere, fieri, figulus. i. in antepe. Figúro. as. in pen. Filiolus, finitimus. a. um, fiscina. æ. fissilis, fissile, fistula, in antepen. fiscélla, in penultima. Fib. Fic. Fig. Fis.

F ANTE L.

Flabellifer, flábilis, flábile, flaccidus. a. um, Flágito. as. antep. Flagéllo, as. flagrícida, in pe. Flúminis. g. flámmigena, flámmigero. as. fletifer. a. m. flóriger. a. um. florifer. a. um. florílegus. a. m. Fluctigena, flucticola, fluctiuagus. a. m. fluito. as fluidus. a. m. fluminis, g. fluere, in ant. Fla. Fle. Flo. Flu.

F ANTE O.

Focále, focillo. as. focillor, aris, fodina, fœderícus in pen. fódere, fódico. as. fœderis. g. fædifragus, a. m. fœdero as. in ante. fœlicis. g. fœníle. is. in pe. fœniseca, fœnoris. g. fœnero. as. fœnebris, e. fœtidus. a. um. fótigena, fómitis. g. forámino. as. fórcipis, ge. fórficis. gen. fórica, forinsecus in antep. Fœtére, formica, formido. as formído in penul. sed cor. gen. sic formágo, inis. fórnicis, ge. fórnicor. aris, fórpicis gen. fortuitus. a. um, in antep. Fornácis. gen. fouére in penultima. Fo.

F. ANTE R.

fra fre fri FRagóris ge.fratricida, fredericus in pen. Fráxinus, fremitus.tus.in antepe. Frenésis is.frigere, frigedo, in pe. Frigoris gen.in antepe. si venit a frigus, si autem a frigor venerit in pe. Et frigus & frigor idem significāt, scilicet frio, o frescura, friuolus.a.m.fróndeus.a.m. fron
fro difer.a.um.frúctifer.a.m.fructifico.as.in antepe. Frondé
fru re, frugalis.le.in pe. Frugifer.a.m frugilegus, a.m. frúsi no, fruticis in antep.fruntus, frustratim in penulti.

F. ANTE V.

fuc FVcinus.ni.fúlgidus,a.m.in antep. Fulcitus.a.m ful
ful cite, fulcitur, fulcire.q.fulgóris.g.fulgére in pen. Fúl guris.g.fúlguro.as.fúero, fúeris, fúerim, fúeram in ante.
fum fuligo in pe. sed cor.ge. fúlica, fúlminis gen. fúlmino.as.
fu u fúmigo.as.fumificus.a.m.fúmicus.a. m.funditus, fune
fur bris bre. Funéreus.a m. fúneris.g. fúrcifer, fúrere, fúsci
fus na, fuscinula, fúsilis.le.fústigo.as. fútilis, fútile in antep.

¶ De incipientibus ab G litera:

gab GAbatha in antep.teste calepin. Gábaon, gæometria.
gæo Gæometra, gæographia, gæographus in antepenul.
gal Gæomantia in pe. Vide chiromantia. Gálbanum, gálbinus.a.m.in antepe. Vide adamantinus Gálea, galeola in antep. Galeátus.a.m.galéna, galérus.galeritus a.m.galerita in pe.testibus calep.& nespau. Gállica, gallicinus nomen viri apud Sidonium in antep. Gannitus.us. gargá
gan nus.i.garritus.us.in pen. Gargarus ri.gárrulo.as.in ante.
gar Gastrimargia in pen.teste nespau. Gausapa, ✱ gausápi
gau nus.a.m.in antep. Vide adamātinus. Gaudére, gáza in p.
gaz Gazóphilax in antepen ult.

G. ANTE E.

ged GEdeon variatur.gélidus.a.m.gemellipara, ge
gem minus.a.m.gémino as.in antepe. gemátus.a.m. gemêllus.a.m.in pen. gêmitus.us.gêmere ✱ ge nealo

